 ENCHIRIDION LOCORVM COMMVnium Ioannis Ecky, aduersus Lutheranos.



Ab authore iam quarto recognitum, & octo locis auctum, & à pluribus mendis Chalcographi emunctum.



Accesserunt insuper non spernendę additiones fratris Tilmani Coloniensis, passim interiecte, ac huiusmodi stellulis in fronte signatae.

✳

M. D. XXXIII.

 II

Tituli postremo adiecti.

E X L I B R I S.

Henrici. viij. Serenissi. Angliae Regis.
C. Marcelli Corcyren. Archiepiscopi.
Ioannis Roffensis episcopi.
Ambrosij Catharini.
Ioannis Fabri Constantiensis.
Hieronymi Empseri.
Ioannis Coclaei,
Gasparis Schatzger.
Bartholomei Vsingij.
Augustini Aluedy & aliorũ catholicorum.

FINIS.

REVERENDISS. IN CHRISTO *Patri, & pientissimo Principi, ac. D.D. Chunrado à Tungen, Herbipolensis ecclesiæ Episcopo dignissimo, ac Frāciæ Orientalis duci, domino suo obseruantissimo. Ioannes Eckius. S. D.*

Ad Philemonem.

G*Ratias agit deo in orationibus suis reuerendissime pater & princeps, diuus Paulus apostolus, audiens charitatem Philemonis & fidem, quā habebat in domino Iesu, & in omnes sanctos eius. Optime enim perspectum habuit, secretorum dei conscius Paulus, tunc cuiuslibet fidem coram deo splendescere, quando eam sanctis, & amicis dei ueteribus maxime* Exod. 14. *conformem reddere satagit, quemadmodum Israel nō solùm deo credidit, sed et seruo eius Moysi. Et boni ac synceri quiq; à Christo passo in hunc diem sedulo præstiterunt sobrie & non plus quàm oportet sapientes.* Rom. 12. *Verum qui hac regula apostolica neglecta, ambulaue*Psal. 130. *runt in mirabilibus super se, & extulerunt se uelut Lucifer & dæmonium meridianum, in sanctos dei credere nolentes, decepti sunt, & in præcipitiū errorum dati sunt, dū ueteres illos apostolicos uiros, eruditione spectabiles, moribus insignes, authoritate conspicuos, atq; miraculis claros, aspernari non uerentur. Hi inquam, non nisi uenenata dogmata, à salute aliena, à recta fide deuia, & ueritatis expertia, mundo inuehere molitū*

sunt. Nam qui non ducitur, concordi sanctorum patrum sibi in ecclesia succedentium, professione, unanimiq; conciliorum sententia, in abhominabiles quosq; errores, insolenti ac superba temeritate, praeceps corruat necesse e. Hanc uesanam & procacem maluit imitari temeritatē Luther, cum complicibus suis, quàm in sanctos dei, & fidei regulam, quàm uniuersa obseruat ecclesia, pie cū Philemone credere, nam & peruersa uoluntate contra ministros dei, sanctissi. patres atq; uniuersam obmurmurat ecclesiam, suum ipsius iudicium (ò plusq̄ cecam uanissimi hominis superbiam) omnibus ecclesiae proceribus anteferens. Pudendam uero suam insaniam, paucis initio deliniauit articulis, aurem captans popularem, quo nocentiora & magis uirulenta, in posterum sitienter haurirent erroris pocula. Multorum profecto animos leni indulgentiarū tyrocinio dementauit, ut quaq; uersum postea eos agitaret, & in omnem erroris impelleret uentum. quo factum est, ut in dies auctior factus sit discipulorum suorum numerus, potissimum Mahumetica illa accedente libertate, in quo mirum quàm sibi elatus illi placuerit, quod oues suas, ut David inquit, uidit fetosas, nam sic de haereticis intelligi existimat Hierony. Ad haec nostris ita exigentibus peccatis, rami & stilones prodiere, radice pestilentiores, cum sectarum exorientium nullus sit finis. Experimur nempe, nostro hoc infelici seculo, Iconomestyges, imaginum incendiarios, Capharnaitas, quibus uenerabile corpus Christi in Eucharistia durus est sermo, Catabaptistas, qui pueris baptismum negant, & adultos tingunt, & horum om-

Psal. 143

Ioan. 6.

nium quotidie diuersa sectio, ut nec Cuniculi sæpius pariant, quàm hæretici. Hæc uero iratus deus permittit, quod non ualide atque ardẽtibus uotis dei, cum Osea,
Oseæ. 9. obsecramus clementiam, ut det illis, quid det illis? Vuluam sterilem & ubera aremtia, quod conuenientissi.
Hierony. de hæreticis explicat Hierony. qui in populorum multitudine gloriantur, & in his filijs quos nutrierunt ad interitum, ut educerent eos de ecclesia ad interfectorem. Tot enim diabolus iugulat, quot in errore hæretici genuerunt filios. Quantumuis autem hæresis inualescat,
Esa. 58. speculatoribus Syon, non est tacendum, sed uox uelut tuba, exaltanda est, contra Philisteos illos exprobrantes
1. Re. 18. aciem dei uiuentis, & pro turri Dauid omnibus animi
Cantic. 4 uiribus pugnandum est, in qua mille pendent clypei, & omnis armatura fortium, quod strennue hactenus fortissimi quique præstiterunt uiri in litteris sacris clari, & ego omnium minimus, cum his bestijs dentatis, iam sæpe & eminus & cominus pugnaui. Cominus quidẽ
Lipsia Lipsiæ cum ipso Draconis capite Luthero & Carlstadio. xx. diebus disputando, spectante nonnũquam Christianissimo Principi: D. Georgio Saxoniæ duce. Et in
Dux Georg. Badẽ Baden cum Capharnaita Oecolampadio & asseclis, assidentibus duodecim Contonum Heluetiorũ, & quatuor Episcoporum Ambasiatoribus, pluribus diebus cõflixi. Eminus uero æditis aliquot in Germania & Italia libellis, cum hæreticis manum conserui. Equorum numero, Enchiridion fuit locorum communium, annis abhinc quatuor prælo commissum, quod ea quidem ratione, hortatu, Reuerendissimi Domini, Cardinalis D. Lau

rentij de Champegijs sedis apostolicæ legati ediderã, L.Cham-
quo occupatiores, quibus non uacat grandia Heroũ uo pegij.
lumina reuoluere, in promptu & breui, ut aiunt, manu
haberent, quo hęreticis ocurrerent. Et simpliciores, qui
bus cortice natare opus est, summagium haberent cre-
dendorum, ne à pseudo apostolis subuerterentur. Nõ
meã me fefellit opinio, nam tam beneuolenter, et obuijs,
ut aiunt, manibus, hic liber à pluribus exceptus est, ut
quater iam hoc breui tempusculo à Calcographis Baio
rariæ publicatus sit. Tubingæ quoq; in Sueuis bis sit
excusus, uidimus quoq; eũ in Parrhisiensibus, Lugdu-
nensibus, ac Coloniensibus characteribus expressum.
Vnde amiculi nostri, obnixius me hortati sunt, ad no-
uam Enchiridij æditionem. Parui ergo petentium im
portunitati, quamuis pluribus alijs litterarijs, ac ad po-
pulum declamandi, atq; in scholis legendi, negotijs pe-
ne obruar. Itaq; locos priores sub censuram euocaui-
mus, & in pluribus locupletauimus, et duos nouos, post
proximum auctarium, locos adiecimus, ut renatus & no
uus ferme liber uideatur. Eum utcunq; tenellum et exi-
guum, tibi optimo principi Reuerendiss. antistes, dedi
care uolui, quod hæreticorum partus mala soboles, iam
altera uice, te tuamq; ecclesiam hostiliter inuaserit, atq;
in summum adduxisset discrimen, nisi ut prudentissimi
Naucleri functus opera, à tantis procellarum fluctibus
mirabili prudentia, atq; inuicta fortitudine, nauem pe-
riclitantem, ad portum tranquillitatis subduxisses. D.
O.M. pro ineffabili sua clementia, dignetur & in po
sterum Diuo Kiliano intercessore, iam amplitudinem

tuam, contra fidei & ecclesiæ hostes, tueri fortiter, & fouere suauiter. Ut te duce atque Victore, Catholici reliqui & plebs fidelis animosiores reddantur, ad ueram orthodoxam fidem retinendam atque defendendam, ne traditi in os leonis rugientis ad inferos demergantur. Tuum fuerit, ita obsecro, Amplissime præsul, hanc nostram oblationem, ex syncero & te uehementer amanti animo profectam boni consulere, et in incepto fidei negocio feliciter perseuerare. Vale & salue Antistitum decus & ornamentum. Ingoldstadij Boiariæ, ipso sancto die Epiphaniæ. Anno Gratiæ. M D XXIX.

DE ECCLESIA, ET EIVS AUTHORITATE. CAPUT PRIMUM. CONTINENS QUATUOR PROPOSITIONES.

10-4-B-22

¶ Prima propositio trimembris est.

ECCLESIA est corpus Christi, Spõsa Christi, Regnum cœlorum. Paul. ¶ Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam, quę est corpus ipsius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus sicut uocati estis in una spe, uocationis uestre. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia & in oĩbus nobis.

Primũ mẽbrũ probatur. s. Ecclesia est corpus Christi. Ephe. 4. Ecclesia corpus.

¶ Probatio secundę partis primę propositionis. s. Ecclesia est sponsa Christi.

Canti. 6. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suę, electa genitrici suæ. Vna.

Canti. 4. ¶ Hortus conclusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Ephe. 5. Mulieres uiris suis subditę sint sicut domino, quoniam uir caput est mulieris sicut Christus caput ecclesię, ipse saluator corporis eius, sed sicut ecclesia subiecta est

Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aque in uerbo uite, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.

Sponsa.

Apoc.12. ¶ De Hierusalem sicut sponsam ornatam uiro suo.
I.Cor.12. Vos autem estis corpus Christi & membra de mem-
Rom.12. bro. Sic ergo una est ecclesia, non est foris sed intus, si
I.Pet.3. cut una fuit archa Noe. i. Petri. iij. quæ fuit figura uni
us ecclesie, extra illam unam signatam, nemo saluatur, sicut homines extra archam perierunt. Non est bigamus Christus, una ecclesia apostolorum & nostra. Ante Lutherum natum, erat ecclesia, quę credidit missam sacrificium, septem sacramenta &c. illa fuit sponsa Christi. Itaque iam maneamus cum eadem ecclesia, & non iungamur ecclesię malignantium. Christus quia diligit ecclesiam sponsam suam, non eam reliquit, nec D. nec M. annis, etenim caput quomodo desereret suum corpus tanto tempore? Cum Synagogam minus dilectam ob peccata septuaginta duntaxat annis reliquerit in captiuitate corporea Babylonis, quomodo suam sponsam. Ecclesia relinqueret M. annis in captiuitate errorum?

Applicantur supe- riora.

¶ Probatio tertie partis propositionis scilicet
Ecclesia est regnum cælorum.

Math.20. Simile est regnum cælorũ homini patrifamilias, qui
Math.22. exijt primo mane conducere operarios in uineam suam. Simile factum ẽ regnum cælorum homini regi, quæ fe-

cit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. Tūc simile est regnum cœlorum decem Math.25.
uirginibus, quę accipientes lampades exierunt obuiam
sponso & sponse, quinq; autem ex eis erant fatue. Applicat.

Multas similes parabolas inuenies.

Si ergo regnum cœlorum hic dicitur ecclesia, quomo 1
do in regno illo error & falsitas regnasset M. annis?
Regnum cœlorum est regnum ueritatis. Patet deū sem
per exire usq; ad uesperam, ad conducendū operarios. 2
Contra credunt Lutherani neminem cōductum à M.
annis, nisi eorum Idolum Lutherum. Patet ecclesiam 3
hic in uia esse collectam ex bonis & malis, quia Christus clare dicit esse uirgines prudentes, et fatuas pisces
bonos & malos, Vide Greg. in homelia.

Secunda Propositio.

Ecclesia non errat, non modo, quia semper habet Ecclesia
sponsum Christum, sed etiam quia regitur magisterio nō errat.
spiritus sancti, ipsam nunquam deserentis. Ego rogabo
patrem meum & alium paracletum dabit uobis. Pater Ioan.14.
sanctę serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Non Ioan.17.
autem pro his tantum, scilicet apostolis, rogo sed & pro
eis qui credituri sunt per uerba eorum in me.

Ecclesia dei uiui columna & firmamentum ueritatis. quomodo ergo erraret? 1.Timo.3

Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Hic oportet post euangelium, Lutheranus ostendat nobis magisteriū spiritussan. hoc promissum in ecclesia. Ioan.16.

I.Ioan. 2. Et non necesse habetis, ut aliquis uos doceat, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendatium. Itaq; unctio sancti spiritus semper docet ecclesiam.

Math. 28 Et ecce ego uobiscum omnibus diebus sum usq; ad consummationem seculi, dixit Christus discipulis, qui e uia, ueritas & uita.

Applicatio. Liquet ecclesiam columnam ueritatis, Christo ductore, & spiritu sancto magistro, non errare, quanto minus credibile quod mille annis uniuersa ecclesia errarit, ut insaniunt Lutherani?

Tertia propositio.

¶ Sicut ecclesia est una, ita unitas est in ecclesia.

I.Cor.I. Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem scientia. Lutherani noua scismata faciunt, et tam sibi q̃ alijs repugnant, ut iá dissectus est Carlstadius & Egranus & Luther & Zuinglius & catabaptiste.

I.Cor.I4. ¶ Nō enim dissensionis est deus, sed pacis sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.

Corollar. Potius itaq; ueram intelligentiam scripture credendum est deum inspirare concordi unitati ecclesię, q̃ uni priuato homini Luthero, uel Zuinglio, aut Osiádro, Imo sequitur, quod id quod sancta mater ecclesia diffinit, uel acceptat, quod eadem ueneratione credendum est,

Rom. I 5. quasi in diuinis literis esset expressum. quęcũq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, deus autem solatij et patientię det uobis idipsum sapere in alterutrũ

secundum Iesum Christum, ut unanimes uno ore hono rificetis deũ, In oratiõe ad deũ. Omnipotẽs sempiterne deus, cuius spũ totũ corpus ecclesię sctificat et regit. Ecclesia

Paulus post rationem corporis mystici subdit, *Id ipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Rom. 12.

Si qua consolatio in Christo, si qua societas in Christo, implete gaudiũ meũ, ut idipsum sentiẽtes, eandem charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes. Duo mala fecit populus meus me dereliquerunt fontẽ aquę viuę & foderunt sibi cisternas dissipatas quę continere non ualent aquas. Sic Lutherani relinquentes ue⁊ & uiuum fontem ecclesię fodiunt cisternas dissipatas hęreticorum, Vuikleff, Husz, Albigensium &c. Philip. 2. Hiere. 2. Applicat.

Frustra deus misit filium frustra spiritum sanctum, frustra apostolos, martyres, doctores, confessores. Si per Lutherum solũ lux ueritatis aperienda erat, cur deus non unum misit Lutherum pro omnibus?

Quarta propositio.

¶ *Prelatos & potiores congregatos esse ecclesiam repraesentatiue patet. Conuertitq; rex faciem suam & benedixit omni ecclesię Israel, omnis.n. ecclesia Israel stabat &c. ecce ecclesia Israel, & quod solũ fuerit repraesentatiua liquet per initium huius capitis. Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel, cum principibus tribuum & duces familiarum filiorum Israel ad regem Solomonem &c.* Ecclesia represen tatiua. 3. Reg. cap. viij.

Obijciunt Hæretici.

¶ *Maior est authoritas scripturę quàm ecclesię.* I

Nam ecclesia debet regi secundum scripturam. Verbum enim domini nemini cedit.

II ¶ Non licet ecclesię aut ulli homini uenire contra scripturam.

III ¶ Illud non dicitur determinasse ecclesia, quod Papa cum Cardinalibus & Episcopis determinat, quia ecclesia est congregatio omnium fidelium & connexio in uera fide, ex qua uiuit iustus.

IIII ¶ Ecclesia dei solum est in spiritu, quia creditur & ita occulta.

V. ¶ Ludderum se esse de ecclesia, & credit apud se ecclesiam, ubi ipse sit ecclesiastes. Sic Zuinglius, Carlstadius, Billicanus, Soblerus, Hiebmair, Pacimontanus &c.

Diluuntur obiecta.

De primo Christus nō scripsit aliquem librum, nec pręcępit discipulis uel apostolis ad scribendum, at de ecclesia multa pręcepit, unde missurus apostolos ad plantādam ecclesiam, non dixit, Euntes scribite, sed euntis in mundum
Marc. 16 uniuersum, prędicate Euangelium omni creaturę. Ideo lex fuit scripta in tabulis lapideis, Euangelium in cordibus. Quoniā Epistola estis Christi administrata à nobis & scripta non atramento sed spiritu dei uiui, nō in
2. Cor. 3. tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Concordat Hiere. 31. Ecce dies uenient dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fedus nouum, nō secundum pactum quod pepigi cū patribus uestris &c.
Hier. 31. sed hoc erit pactum, quod feriam cū domo Israel, post dies illos, dicit dominus, dabo legem meā in uisceribus

eorum & in corde eorum scribam eam, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum.

¶ Ecclesia est antiquior scriptura quãdo enim apostoli inceperunt prædicare, nulla erat scriptura Euãgelij, nulla Epistola Pauli, & tamen erat ecclesia Christi sanguine dedicata. II

¶ Sic apostoli sine scriptura noui testamenti elegerunt Mathiam, ordinarunt septem diaconos, Petrus fecit expirare Ananiam & Saphiram. Act. 1. Act. 5.

Cũ apostoli tã diligentes fuerint in uerbo dei seminando, & tamen paucissima reperiuntur ab eis scripta, consectarium est multo plura, eos docuisse, q̃ scripsisse quę parem cum scriptis habent authoritatem. III

¶ Scriptura non est autentica sine authoritate ecclesiæ, scriptores enim canonici sunt membra ecclesię. Vnde hęretico uolenti contendere contra ecclesię instituta & consuetudines, obijciatur quibus armis uelit contendere contra ecclesiã. Dicturus est canonicis scripturis quatuor Euangeliorum, ad Paulinis epistolis, Huic mox obijciatur, unde sciat has scripturas esse canonicas, nisi ex ecclesia, quare enim credit euangelium Marci, qui Christum non uidit, esse canonicum, & non euangelium Nicodemi, qui uidit & audiuit Christum ut testatur Ioannes. Sic cur Euangelium Lucæ discipuli est receptum, & Euangelium Bartholomei apostoli est reiectum, nisi humiliter confitearis ecclesiæ authoritatem cum beato Augustino, id quod Luther aliquando docuit, ecclesiam posse iudicare de scripturis. IIII Achilles pro catholicis. Ioan. 3. Vid. regẽ Angliæ.

* Vnde Theophilactus Bulgariæ Archiepiscopus circa

ca exordium euangelij, Mathei ita scribit: quatuor sunt Euangelistę, quorum duo Mattheus & Ioannes ex numero & choro sunt duodecim, Marcus uero & Lucas ex septuaginta. Erat autem Marcus discipulus & comes Petri, Lucas uero Pauli, Igitur Mattheus omnium primus scripsit Euangelium hębraico idiomate ad eos, qui ex hębreis crediderant post octo annos assumpti in cælos Christi, Porro Ioannes hoc ex hębraica lingua in gręcam (ut ferunt) interpretatus est, At Marcus post decē annos assumpti Christi ex ore Petri edoctus scripsit, Lucas autem post annos quindecim, Deniq; Ioannes post triginta duos annos. Referunt enim quod post mortem illorum superstiti allata fuerint tria euangelia, ut uideret ea, atque indicaret, num illa uere conscripta fuissent, Ioannes autem & ipse ampliorē ueritatis gratiam sortitus, adimpleuit quæcunque ab alijs prætermissa fuerant & quę succintius alij dixerant. Ipse fusius in Euāgelio tradidit, Hec ille. Beda autem in Homelia super illum Ioannem. Hæc est discipulus ille, recte putat. Ioannem scripsisse post sexaginta quinque annos assumpti in cælum Christi. Ita igitur patet ecclesiā antiquiorem scriptura neque scripturam autenticam esse nisi eccle-

Aug. parte. 4. ca. 5. sie authoritate, Vnde Augustinus: Euangelio non crederem, nisi authoritas ecclesię me commoueret, In epistola fundamenti plura inferius de scriptura titulo. 4.

De. 2. Scriptura docet. Memento ut diem sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua,
Exo. 20. septimo autem die sabbatum domini dei tui est &c. & tamē ecclesia mutauit sabbatum in dominicam autho-

ritate sua, super quo nullam habes scripturam.

II Christus dixit discip. in monte: Non ueni soluere legem, sed adimplere, et tñ ecclesia apostolorum in primo Matth. 5.
consilio pronũciauit audacter super cessatione legaliũ. Actu. 15.

III Matth. ultimo dixit Christus discipulis. Euntes ergo docete omnes gentes in nomine patris & filij & spi Mat. 28.
ritus sancti, docentes eos seruare omnia, quecunque mandaui uobis. Hic Christus dedit formam baptizandi in nomine trinitatis explicite, & tamen ecclesia primitiua mutauit hanc formã baptizandi in nomine Christi Iesu. Pœnitentiam agite, inquit Petrus, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum. Et Actuũ. 19. His auditis Actu. 19.
baptizati sunt in nomine domini Iesu. Actu. 15.

V. Scriptura diffinit in concilio. Visum est spiritui sancto & nobis &c. ut abstineatis uos ab imolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato, rem tam clare diffinitam et expressam, ecclesia sua authoritate mutauit, quia & sanguine & suffocato utitur. Ecce potestas ecclesię super scriptura. Vide infra de constitutionibus Vide Co
humanis titulo. 12. cleum de authoritate ecclesie

Porro si plus uiuere uis secundum scripturas, quàm secundum authoritatem ecclesiæ, iam omnes Iudęi uenientes ad baptisma ad legem Moysi tenerentur, quia sic reperirent in scripturis apostolos & alios conuersos uixisse. Paulo à gentibus reuertenti, dixerunt Iacobus et seniores: Vide frater quot millia sunt in Iudęis Actu. 21.
qui crediderunt & omnes emulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas à Moy-

se eorum, qui per gentes sunt Iudaeorum dicens non debere eos circuncidere filios suos, neq; secundū consuetudinem ingredi. quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem, audient enim te superuenisse, hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor, uotum habentes sup se his assumptis sanctifica te cum illis, impende in illis ut radant capita & scient omnes, quia quae de te audierunt falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem, de his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus iudicantes, ut abstineant se ab idolis, immolato & sanguine, suffocato & fornicatione, hic Paulus, cum multis millibus seruauit legem iussu. s. Iacobi, (uis igitur Luthere conuersum ex Iudeis hodie, magis uiuere secundum scripturas illas, an secundum ecclesiae authoritatem?

De tertio. ¶ *Fatemur ecclesiam esse omnium fidelium congregationem, qui sunt de corpore Christi, ac quando primates & potiores alicuius prouinciae aliquid statuunt tota prouincia dicitur statuisse, Sic praelati ecclesiae dicūtur ecclesia, quia repraesentant eam, & subditos suos, Alioquin nunquā congregari posset ecclesia, Et Matth.18.*

Math. 18 *Quod si te nō audierit, dic ecclesiae, quod si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Si quis uellet dicere ecclesiae secundum Lutherū, oporteret perambularet totum orbem. Chrisostomus exponit, Ecclesię, praesulibus. s. ac praesidētibus, patet quia mox apostolis tanquā pręlatis dat potestatem ligandi. Deuteronomio. 17.*

Deut. 17. *Si difficile & ambiguum apud te iudiciū esse pro=*

spexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus, venies q; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, queres q; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatē, & facies quodcunq; dixerint, qui presunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequeris q; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neq; ad sinistram, qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctus q; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Vide potestatem sacerdotis legalis, quanta putas potestas sit sacerdotis euangelici, & penam expende inobedientis.

Facta seditione non minima Paulo & Barnabe aduersus illos statuerunt, ut ascenderent Paulus & Barnab. & quidam alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac questione. Ecce quomodo impleuerunt illud Deuter. xvij. & que erat ecclesia, non tota congregatio, sed ascenderunt ad apostolos & presbyteros, qui representabant ecclesiam. Actu. 15.

¶ Si ecclesia est occulta, quomodo Christus precepit dicendum ecclesie, & si ecclesiā nō audierit &c. Si autem esset occulta, quid posset ei dici, aut quomodo audierit? Similiter ecclesia ē corpus Christi, & Christiani membra Ro. xij. i. Cor. x. i. Cor. xij. Eph. i. Ephe. v. & Collo. i. Dicat Luttherus, an illi fuerint occulti, &

De quarto

Math. 18.

solum mathematicæ ecclesia quando dixit Paulus.
1.Cor.12. *Vos autem estis corpus Christi, & membra de mem-*
Lucæ, 2. *bro. Hæreticorum est habere criptas, speluncas & late-*
bras, ecclesia ponit lucernam super candelabrum.
Monstratur tibi ecclesia in concilijs, in sede apostoli-
ca, in episcopis, & præpositis, singularum ecclesiarũ.
2.Cor. 8. *Nam si solum mathematica esset ecclesia, frater Pau-*
li non haberet laudem per omnes ecclesias. Non di-
Psal. 21. *ceret Dauid: Apud te laus mea in ecclesia magna. Et*
Psal. 106. *iterum. Exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathe-*
Augu. *dra seniorum laudent eum. Pro hoc uide Augusti-*
num super canonica Ioannis, tractatu primo in fine.

De quinto ¶ *Quod dicit Ludder, dixerunt omnes hæretici, Ideo Augusti. inuehitur contra Donatistas, qui uniuersalem ecclesiam coartare uolebant ad Angulum paucorum hereticorum.*

Plura uide apud Ioannem Cocleum de authoritate ecclesię, & apud Roffensem. Inter ueteres uide Ioannem Turrecrematam, latissime pro ecclesia scribentem,

CAPVT SECVNDVM DE *concilijs, continens duas propositiones, quibus probatur conciliorũ authoritas.*

Propositio prima.

Quia ecclesię authoritas, plurimum pollet in concilijs, iusto ordine, iam de concilijs acturi sumus.

Surrexerunt quidam de heresi phariseorum, qui credideruntdicentes, quia oportet circuncidi eos, precipue quoque seruare legem Moysi. Conueneruntque apostoli & seniores uidere de uerbo hoc, & infra ponitur decisio. Visum est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hec necessaria, ut abstineatis uos ab imolatis symulacrorum, & sanguine, et suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes uos bene agetis. Ecce concilij apostolici formam. Apostoli et seniores conuenerunt. Gentes non se opposuerunt apostolis, sicut modo Luther concilijs, qua authoritate, qua scriptura id facitis? cur adimitis nobis libertatē à Christo datam? nam etsi in deliberādo citauerint, Amos. ix. tamen quo ad prohibitionem illorum trium, nihil induxerunt similiter in decisione nullam adduxerunt scripturam. Antiochia quoque recepit cōclusa Hierosolymis. Ludder respuit conclusa Rome. Patet conciliū habuisse potestatem statuendi aliqua esse necessaria pro illo tēpore, quę tamen ad fidem simpliciter non essent necessaria, cur non eadē potestas esset nunc in ecclesia, quādo necessitas sępe exigit? Idem Christus, idem spiritus, eadem fides, cur non equa conciliorum potestas?

Actu. 15.
1 Applicat.
2
3
4
5

Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Prou. 22

Iterū dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quancunque petierint fiet illis à patre meo qui in celis est, ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Math. 18

Nullus potest conuinci euidentius, nō audisse eccle-

siam q̃ si concilium non audierit. Nusquã *maior consensus q̃ in concilio.* Nullibi *congregatur plus in nomine domini quàm in concilijs generalibus.*

Act. 6. Conuocantes autem duodecim multitudinem &c.

Iob. 6. *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam, hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniã umbra dies nostri super terram, ipsi docebunt te & loquẽtur tibi & de corde suo proferẽt eloquia, in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Ergo *concilia audiamus & patres, non hereticos nuper natos & apostatas.* Tollatur *conciliorũ authoritas, & omnia in ecclesia erunt ambigua, dubia, pendentia, incerta, nam omnes mox redibunt hereses, conciliorum authoritate damnatę: quod si scripturis contra eos pugnabis, iam seclusa authoritate ecclesię, reijcient scripturam quàm uolent, sicut modo* Luther *reijcit epistolam.* S. Iacobi, *quia aduersatur sibi, similiter* Machabeos *&c.* Et *olim heretici non acceptarunt quatuor illa euangelia,* Sicut Manichei *reiecerunt uetus testamentum.*

Nota bene.

Res *miseranda profecto,* Si *illud hereticorum esset uerũ, tunc enim occurẽte aliquo dubio in fide, nõ esset uia decidendi illud, sed quilibet iuxta prudentiam capitis sui, declinaret in illam uel aliam partem, quomodo ergo Christus sufficienter prouidisset ecclesie sue per legem euangelicã, quę tamen debet esse perfectissima?*

Psal. 77. Q*uanta mandauit patribus nostris, nota ea facere filijs suis, ut cognoscat generatio altera, ergo nos credamus mandata, concilijs & patribus.*

Augustinus ad Ianua. Illa quę non scripta sed tradita custodimus, quę quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis apostolis uel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima authoritas) commēdata atq; statuta retineri, unde hęc, quia ita sint facienda, disputare, insolentissime insanię est. Lutherani ergo insolentes sunt & insani. Augusti.

Augustinus lib. vij. contra Donatistas, assumit sanctam ecclesiam catholicam, contra Donatistas, authoritate plenarij concilij munitam. Et libr. i. ca. xvij. plenarium concilium existimat consensionem totius ecclesię. Augusti.

Propositio secunda.

Maiores ecclesię sicut sunt in concilio representant totam ecclesiam, patet primo in Exodo sepissime, & sume exempli causa, Exod. xix. quando deus uoluit dare legem Moysi, pręcepit ei, Hec dices domui Iacob & annuntiabis filijs Israel &c. Et tamen postea de Moyse dicitur. Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones &c Et licet solum seniores populi responderunt, cum quibus loquebatur Moyses, tamen subdit textus. E ecclesia represen- tatiua. Exo. 19.

Respondit q; omnis populus simul &c. Quod non erat omnis populus nisi representatiue.

Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi, stultus populus iam, & superbi ciues quęrunt Lutherum, Zuinglium, Blarer, Osiandrum, Butzerum. Deut. 32.

Ne despitias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbijs eorum conuersare, ab ipsis enim Eccle. 8.

disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Non te prętereat *narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum & doctrinam.*

Obijciunt hęretici.

1 ¶ In *concilio sunt homines, quare fallunt sæpe & falluntur cum omnis homo sit mendax.*

Psal. 115. 2 ¶ Deprensum *est concilium* Carthaginense *sub sancto* uiro Cypriano *cum.* lxxx. *Episcopis de rebaptizandis hęreticas errasse.*

3 ¶ *Sicut concilium* Ariminense *plenarium* D.C. *Episcoporum errauit cum* Arrio. Et Ephesinum *secundum cũ* Euticete & Dioscoro. Et Constantinopolitanum *sub* Constantino Impe. *de tollendis imaginibus.*

4 ¶ Et *concilia etiam generalia unanimiter suscepta uaria determinarunt, etiam in his quę credenda proponũtur, ut concilium* Constantiense *de primatu* Papę *contra concilium* Nicenum & Aphricanum.

Obijciunt Layci.

5 ¶ A Lutheranis *male persuasi,* Cũ *Layci sint de ecclesia, & non minus agatur de salute animarum illorum, quàm cleri.* Itaq; *conueniat eos interesse.*

Diluuntur obiecta.

De primo ¶ *Fatemur eos qui in concilio conueniunt, esse homines, & in concilio generali legittimo reguntur ductore spiritu sancto, qui eos falli non sinit.* Nam & Paulus et Ioannes, Esaias & Dauid *fuerũt homines, ad hoc* Paulus *ad* Gala. *inquit.* Si *angelus de cœlo aliud euangelizauerit,* Anathema *sit.* Scriptores *itaq;* Canonici *infallibiliter*

biliter scripserunt, qui fuerunt homines. Sic patres in concilijs.

¶ Conciliũ illud Carthaginensem nõ fuit plenariũ, sed particulare, ut ostendit Augu. contra Donatistas, particularia autem concilia poterunt errare, & reformantur per generalia Augu. libr. ij. contra Donatistas. Et ipsa concilia quę per singulas regiones & prouincias fiunt, plenariorum conciliorum authoritati quæ fiunt ex uniuerso orbe christiano, sine ullis ambigibus cedere, cum experimento rerum aperitur. De scđo. Augu.

¶ Ariminense conciliabulum fuit, non concilium, neq̃ legittime congregatum. Inuito enim Liberio coactum fuit hęreticorũ opera, contra conciliũ Nicenum, Thauro præfecto pro Arrianis iussu Imperatoris precibus & minis instãte. Et simplices episcopi occidẽtales fuerunt seducti fucis hęreticorũ, quos postea intelligentes, retractarunt conclusa Arimini, Sic & Ephesinum cõciliabulum in quo hęreticus præsedit Dioscorus, nõ fuit legittime congregatum, nolentibus legatis Papę iniquum locum accedere, & damnatum fuit per Calcedonense concilium. Sic impius Imperator Constantinus, repugnante pontifice, conciliabulum Constantinianum collegit quod postea Niceno concilio secundo sub Hierene imperatrice damnatum est unde & Carlstadius: Zuinglius, Hetzman, Blarer, in hoc Luthero repugnãtes, damnati sunt. De tertio. De imaginibus.

* ¶ Aduerte hic q̃ generalia concilia in spiritu sancto congregata, aberrasse à uia ueritatis nunq̃ deprehenduntur, potissimum in his definiendis quæ ad orthodo-

xam fidem, rectosq; mores attinent. Cæterum concilia hæreticorum iussu atq; assensu conuocata, semper à fide recta aberrarunt, quale fuit istud Ariminense. De quo diffuse refert historia Eccle. lib. x. ca. xxi. Tale etiam fuit concilium Mediolanen. Iussu Constantij Imperatoris Arriani celebratum, ad Athanasij fidei propugnatoris acerrimi condemnationem procurandam. In quo Episcopi catholici Dionisius. Heusebi. Pauli. Hilari. & alij nonnulli, quia noluerunt subscribere damnationi Athanasij, in exilium sunt pulsi ut refert histo. Eccle. lib. x. ca. ix. Eiusmodi quoq; fuit concilium Anthiocenū sub Constanti. Impera. Arria. in consessu. xc. Episcoporum celebratum ubi Athanasi. sede sua Episcopali, quā in Alexandria tenuit, eiectus est exilioq; damnatus, ut deinde facilius. Niceni concilij robur & authoritas sustolleretur, præualeretq; mendatiū ueritati sicut historia tripartita lib. iiij. cap. ix. latius commemorat. Simile quoq; fuit conciliū postea apud Selentiam Isaurie co adunatum. c. & . lx. Episcoporum contra Nicenam synodum, uidelicet in historia tripar. lib. v. ca. xxxiij.

De quarto ¶ Concilia plenaria, quæ mores & regimen concernunt Ecclesiasticum, pro qualitate & conditione temporum, personarum &c. absq; fidei præiuditio uarie determinarunt. Vnde Innocentius. iij. de consangui. & affini. ca. Non debet. Ita dicit. Non debet reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporum statuta quandoq; uarientur humana, præsertim cum urgens necessitas & euidens utilitas id exposcit. Quoniam ipse deus ex his quæ in ueteri testamento statuerat nōnulla

mutauit in nouo. Hæc ille. At concilia generalia legitima in credendis, se non destruxerunt. Sic intelligatur Augusti. Priora concilia plenaria posterioribus emēdari. Concilium autem Aphricanum & Nicenum non aduersari Constantien. uide de papatu infra titu. iij. Augu.

¶ Layci possunt interesse concilijs ut testes, ut defensores, ut consiliarij, ut suggestores, ut executores, tamen à Christo nato, nunq̄ habuerunt uocem diffinitiuam in concilio. Actu. xv. statuerunt ut ascenderent Paulus et Barnabas, & quidam alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac. q. & quæ sequūtur. Ecce ad clerum ascenderunt non ad laycos, & nulla fit laycorum mentio in eodem concilio. De quinto Actu. 15.

¶ In concilio. vij. actione. iiij. principes iussi interrogare dixerunt Vt obsecundantes uerbo uestro, ex præceptione uestra interrogabimus eos, nō per potestatem nostram, potestas enim hæc uestra est.

¶ Basilius Imperator de Laycis inquit. Quanq̄ nō sit datum istis secundum canonem, dicendi quicquā penitus de ecclesiasticis causis, opus enim hoc pontificum est & sacerdotum.

¶ Zozomenes refert. Dū Valentinianus per Thraciam ad Romam properaret, Tunc episcopi Hellesponti Bithinie legatum miserunt Hipatianū Heraclie presulem quatenus dignaretur ad emendationem dogmatis interesse. Respondit mihi quidem, cum minimus de populo sim, phas non est talia perscrutari. Verum sacerdotes quibus hæc cura est, apud semetipsos congregentur, ubicunq; uoluerint. Ambrosius ad Valentinianum Sedulius. Ambrosi.

contra Auxentium. Si scripturam seriem diuinarum, uel ueterum tempora retractemus quis est qui abnuat in causa fidei episcopos solere de Christianis Imperatoribus non Imperatores de Episcopis iudicare?

Martian. di.96. ca. Nos.

¶ Martianus Imperator in Calcedonen. concilio ad synodum dixit. Nos ad conseruandam fidem, nó ad potentiam ostendendam, exemplo gloriosissimi principis Constantini, synodo interesse uolumus, ut inuenta ueritate, non ultra multitudo prauis doctrinis attracta, discordet. Et iterum. Sunt quædã certa capitula quæ bonorum respectu uestræ reseruamus sanctitati, congruũ rati regulariter à uobis ista, synodali disponi consilio potius quàm nostris legibus statui.

Basilius Impera.

Basilius Imper. in fine concilij octaui.

De uobis autem laycis, tã qui indignitatibus, q̃ qui absolute conuersamini, quid amplius dicam non habeo, q̃ quod nullo modo uobis licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neq; pœnitus resistere integritati, ecclesiæ & uniuersali synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere patriarcharum pontificum & sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt: qui sanctificandi, qui soluendi & ligandi potestatem habent: qui ecclesiasticas & cœlestes adepti sunt claues. Non nostrum qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, uel à ligamento solui egemus. Q uãtecunq;.n. religionis & sapiẽtie laycus existat, uel ẽt si uniuersa uirtute interius polleat, donec laycus est ouis uocari non desinet &c. Q uæ ergo uobis ratio est in ordine ouiũ constitutis. Pastores uerborum subtilitate discutiendi, & ea

quæ super nos sunt quærendi, & ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore & fide syncera hos audire, & facies eorũ uereri, cum sint ministri dei omnipotentis, & huius formam possideant, & nihil amplius quàm ea quæ nostri ordinis sunt requirere. Hinc populus remittebatur à Christo ad faciendũ non ea, quæ principes, reges, tetrarchæ aut nobiles dicerẽt, sed quæ scribe & pharisei sedentes super cathedram Moysi, dixerunt uobis, seruate & facite. Matth. 23

Hæretici autem cum plausum quærunt popularem, euenit quod Hieremias prædixit. Prophete prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus, & populus meus dilexit talia, quid igitur fiet in nouissimo eius? Summa itaq; est sacræ scripturæ. Ecclesiæ & conciliorum concordia. Hier. 5.

DE PRIMATV SEDIS APOstolicæ & Petri. iij.

Quia summa authoritas interius sit apud ecclesiã, q̃ cõtẽplamur in cõcilijs et in sedæ apostolica. Cõuenit ut Ro. põtificis & Petri primatũ firmemus breuibus. Rõ ordis.

POst confessionem Petri, Iesus dicit ei, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis ẽ, et ego dico tibi, quia tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & porte inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quod- Mat. 16.

cunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Patet quomodo signare uoluit personam sancti Petri quia posuit nomen antiquum Simon. Nomen nouum Petrus nomen patris Bariona, & demonstrat proprie, Tu es, & super hanc, per hanc petram exponit Hiero. id est super te, & tibi dabo claues &c.

Et per illa uerba promissum Petro primatum testãtur sancti patres, & super Petro edificandã ecclesiam.

¶ Cyprianus lib. iiij. epistolarum ad Pupianum & libro. i. ad Cornelium.

¶ Origenes homelia. vi. super Mattheum. Hierony. lib. i. contra Pelagianos & super Mattheum. xvi.

Ambrosius sermone. xlvij.

Augustinus contra epistolam Donati.

Chrysostomus super Mattheum.

Hilarius super Mattheum.

Leo in sermone. iij. de anniuersario die sue assumpt.

Gregorius in moralibus, & in registro ad Mauricium Augustum.

Cyrillus lib. ij. ca. xij. super Ioannem. Concilium Calcedonense octauum, Nicolai papæ. Vide in nostro li. i. de primatu Petri. Potestatem quàm promisit Christus Petro, dedit post resurrectionem Dixit Simoni Petro

Ioan. 21. Iesus. Simon Ioannis diligis me plus ijs, dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te, dicit ei, pasce agnos meos, quod & tertio repetijt, pasce oues meas.

Hic soli Petro in præsentia aliorũ apostolorum cõmisit oues ut principi apostolorum: nam pascere in sa-

cris literis significat regere, & pastores dicuntur reges Ezechielis.xxxiiij. Esa.xliiij. & .lvi. Hierem.ij. & .xxij. Psal.xxij.

Datum primatum Petro per illa uerba testatur Cyprianus de simplicitate prælatorum. Hiero. in sermone de Petro ad Eustochiū. Ambrosius in sermone de pœnitentia & de fide Petri. Chrysost. super Ioan. & Home.lxxx. de pœnitentia. Augu. in.q Noui et ueteris testamē.q.lxxv. Leo in sermone de ascensione domini. Grego. in home. Mar.xvi. & epistola ad Ciria. Bernardus sermo.iij. de septem panibus. Beda in home.

Primatus Petri probatur ex multis alijs scripturis. Luce.xxij. Simon ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Vide pro Petro rogat præ cæteris, & duo petit. Inde stabilitatem fidei, & potestatem confirmādi fideles. Sic Augu. Chryso. Leo. Cyrillus & Beda capiunt. Matth.xvij. dixit Christus Petro. Vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascēderit, tolle: & aperto ore eius inuenies statere, illū sumens, da eis pro me & te, patet Christum pluribus discipulis præsentibus solum Petrum sibi æquasse in solutione tributi. Ita intelligit Hiero. Augu. Chryso. Origenes. Ambro. Luce.22. Mat. 17.

Matth.x. Marci.iij. Lucæ.vi. ubi describitur apostolorum constitutio, ab omnibus Petrus ut caput nominatur primo, quod pro eius primatu expēdit Hiero. Chryso. Ioan.xxi. solus Petrus super aqua maris ad Christū

peruenit. Signum singularis pontificij, ait Bernardus de consideratione ad Eugenium Luc. v. Et si discipulis alijs imperatur ut laxent retia, soli tamē Petro dicitur, duc in altum, ponderat. s. Ambro.

De sanctis patribus iam audiuimus, omnes Petro tribuere primatum à domino, primo promissum dein post resurrectionem exhibitum super tota ecclesia, Addatur tamen prioribus.

Dionysius ca. iij. de diuinis nominibus.

Athanasius in epistolis ad Marcum Liberium & Felicē, in quibus abunde probat primatum Papę.

Eusebius Cęsariensis lib. ij. ca. xiiij. ecclesiasticæ hystoriæ. Augusti. tracta. lvi. super Ioan. libr. ij. contra Donatistas &c.

Lactantius lib. vij. institu. diuinarum.

Paulinus de sancto Felice. Anselmus ad Vrbanum Papam. Valentinianus. Martianus. Phoca. Iustinianus Imperatores sub titu. de summa trinita. & fide catholi.

Quę omnia latissime astruximus tribus libris de primatu Petri ad Leonem decimum, & multa rara inuenies in magno opere contra Lutherum, Ioanne Fabri Archiducalis consiliarij.

¶ Ratio suadet, quia fuit summus sacerdos in uete. lege, cuius authoritas audita fuit ex cap. xvij. Deutero. Et regimen monarchi cum est optimum: & talis ordo est in ecclesia triumphante: & sicut pulchre inducit Nazianzenus, Moyses in dubijs prouidit synagogæ Deutero. xvij. cur Christus non prouidisset suæ sponsæ ecclesiæ Greg. lib. xxi. moralium. Omnes homines na-

tura ęquales genuit: sed ratione meritorum ordine, alios alijs occulta dispensatione postposuit: ipsa uero diuersitas quę accessit ex una, diuino dispensatur iuditio, ut quoniam omnis homo iter uitę non graditur, alter ab altero regatur.

Desiderat forte hæreticus, ecclesiam militantem non habere caput ministeriale, et fiat in ecclesia quod scribitur. In illis diebus non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi bonum uidebatur, sic faciebat. Iud. 17. 18.

Obijciunt Hæretici.

1 ¶ Petro nō promisit nec dedit Christus claues pro persona sua, sed quia gerebat personam ecclesiæ.

2 ¶ Si supra Petro homine est ædificata ecclesia, iā portæ inferorum præualuerunt contra eū in uoce unius ancillæ, & quottidie præualent successoribus suis peccatoribus.

3 ¶ Et cum super petra sit ecclesia ædificata, petra autem erat Christus. 1. Corint. x. non poterit referri in Petrū, & fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est. 1. Cor. 3.

4 ¶ Primitiua ecclesia apostolorum non fuisset ecclesia, cum Petrus. xviij. anno post Christum passum fuerit adhuc in Hierusalem, ubi erat tunc Roma. ecclesia.

5 Petrus nunquam fuit Romę.

6 Petrus est membrum ecclesiæ.

7 ¶ Quomodo Petrus esset petra cum Matth. xvi. dixerit Christus, uade post me Sathana.

Diluuntur ista contra Petrum adducta.

¶ Fatemur cum Augustino claues datas ecclesiæ: De primo

tamen in persona Petri. i. claues finaliter dedit Christus Petro, ad utilitatem ecclesiæ, dedit claues nõ uni, sed unitati. Ita Petrus gessit personam ecclesiæ, sicut Imperator Germaniæ, Itaq; certæ personæ habent claues, quia alias nullus esset illarum usus.

De scdo. ¶ Præualuerũt portæ inferi aduersus personas succedentes Petro, non tamen contra potestatem Petri. Hæc successio Petri in potestate mansit, licet personæ peccarent. Petro autem negante, nondum ecclesia erat super eum fundata, sed fundanda, quia Christus, dixit super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, scilicet post resurrectionem.

De tertio. ¶ Et si Christus sit petra principalis, & fundamentum primarium, tamen habet uicarios et substitutos, secundarias petras: nam cum dicto, Pauli quod solus Christus sit fundamentum, stat dictum, Ioannis apost. xxi. Et murus ciuitatis habens fundamenta. xij. et in ipsis duodecim nomina, duodecim apostolorũ & agni.

De quarto ¶ Errat Luther Petrum tam tarde uenisse Romã, quia fuit. v. annis in Ponto & Asia. vij. in Antiochia, postea migrauit Romam licet. xviij. anno è Roma uenerit Hierusalem ad concilium. Porrò nihil ad rem facit, Erat enim Petrus summus pontifex, ubicunq; erat, licet reuelante spiritu, ut Marcellus sanctus martyr ait, sedem sibi Romæ elegerit, prius itaq; tempore fuit summus Episcopus Petrus quàm Romanus Episcopus.

De quito. ¶ Hoc est nouum mendacium Vrbani Riegers aut alterius Lutherani, Petrum nunq̃ fuisse Romæ, & ante Paulum conuertisse eos, de quibus loquitur Galat. ij.

testatur beatus Hierony. sup epistola ad Roma.i. Vt aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis. Ad confirmandos inquit, uos Romanos Petri prædicationem & fidem tenentes.

¶ Confirmare se uelle Paulus dicit, non quo minus accepissent à Petro, sed ut duobus apostolis testibus & doctoribus, eorum corroboraretur fides, alioquin curabat ne super fundamentum alienum ædificaret.

¶ Egesippus antiquissimus, qui sub Aniceto uenit Romam, Anno domini.c.lx. Is scribit lib.iij.de excidio Hierusalem quomodo, Nero quæsierit causas occidēdi apostolos, datoq; præcepto ut comprehenderentur apostoli: rogabatur Petrus ut sese alio conferret. Vide Ioānē Fabrū.

Dionysius Corinthiorum, Episcopus existens Ro. Anno domini.m.l.ait: Vos habentes commonitionem è Petro & Paulo, plantationem Romanæ ecclesiæ coniunxistis. Ambo etiam aduentantes: atq; in hac urbe simul docentes, etiam martyrio pariter, uno eodem quæ tempore coronati sunt. Idem testatur quidam scriptor, Gaius sub Zepherino Papa.

S. Ignatius discipulus Ioannis euāgelistæ ad Tharsenses scribit. Quid quod Petrus crucifixus est, Paulus & Iacobus gladijs obtrūcati sunt: Ioānes in Pathmo relegatus est: & ad Romanos, Non sicut Petrus & Paulus præcipio uobis, illi enim apostoli Iesu Christi, ego autem minimus. Ireneus Lugdunēsis episcopus lib.iij.ca.i.contra hæreticos (sic inquit) Mattheus Hæbreis ipsorum lingua scripturam dedit Euangelij: cum Petrus & Paulus Romæ euangelizarent & funda-

rent ecclesiam.

Et capi.iij. A gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo, Romæ fundatæ & constitutę sunt ecclesię.

Tertulianus anno domini.c.l.uiuens, scripsit lib.iiij. aduersus Martionem, Romanis euangelium, Petrus et Paulus sanguine suo signatum reliquerunt, & libr.de præscriptione hæreticorum loquens de Roma subdit. Vbi Petrus passioni domini coadequatur.

¶ Eusebius Cæsariensis lib.iij.histo.inquit, In ipsis Claudij temporibus, clementia diuinæ prouidentiæ probatissimum omnium apostolorum & maximum, fidei magnificentia, & uirtutis merito, primorem principem Petrum, ad urbem Romam deducit.

¶ Et lib.de temporibus. Eodem anno ab Herode capitur, & infra Petrus natione galileus, Christianorum pontifex.primus, cum primum Anthiochenam fundassent ecclesiam. Romam proficiscitur, ubi euágelium prædicans.xxv.annis eiusdem urbis episcopus perseuerat. Gaudentius Brixianus uetustissimus scriptor inquit. Hoc enim die apud urbem Romam, ambos pro Christi nomine Neronis crudelitas interfecit. Hieronymus de uiris illustribus. Simon Petrus, filius Ioannis, prouinciæ Galileæ, uico Bethsaida, frater Andreæ apostoli, & princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderant in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia, & Bithinia, secundo Claudij anno ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit, ibi.xxv.annis cathedram sacerdotalem occupauit.

¶ Dionysius Areopagita. s. Pauli discipulus idem testatur ad Timotheum condiscipulum de transitu apostolorum. Linus Papa proximus post Petrum, scripsit orientalibus pro martyrio Petri in urbe. Ambro. sermone. lxvij. inquit. Non sine causa factum putemus, quod una die, uno in loco unius Tyranni tolerauere sententiam, una die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset &c. & infra, in urbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, loquitur de Petro & Paulo. Papias Hierosolitanus. s. Ioannis euangelistę auditor, testatur Petrũ suam primã epistolam canonicam scripsisse Romę.

* ¶ Paulus Orosius lib. vi. histo. ca. vi. Anno ab urbe condi. lxxxv. Tiberius Claud. ab Augusto. iiij. regnum adeptus est, mansitq; in eo annis. xiiij. Exordio regni eius, Petrus apostolus domini nostri Iesu Christi Romam uenit, & salutarem cunctis credentibus fidem. fideli uerbo docuit, potentissimisq; uirtutibus approbauit. Atq; exinde Christiani Romæ esse cœperunt. Et ca. sequenti. Nero primus Romæ Christianos supplitijs & mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persecutione ex cruciari imperauit, ipsumq; nomen extirpare conatus, beatissimos Christi apostolos Petrum cruce Paulum gladio occidit.

¶ Testantur hoc Athanasius, Marcellus, Damasus, Leo Bernardus, & alij innumeri.

Vide Ioannem fabrum in suo opere post medium.

¶ Petrum membrum & partem ecclesiæ dicimus, sed quod propterea non possit esse caput ministeriale, De sexto.

seu uicarius ueri capitis, negamus, Similiter aliud est agere priuatam personam, aliud publicam, Etsi est caput est utique membrum.

De septio *¶ Non mirum Petrum increpatum à Christo, quod existimaret suæ confessioni contrarium, Christum occidendum, quia nondum acceperat claues, nondum erat confirmatus, nondum uenerat super eum plenitudo spiritus. Ideo, nondum fuit petra, sed post resurrectionem Christus fundauit super eum ecclesiam, ut expresse testatur Hierony. ibi super Matth. Denique Chriso. & Hilarius nolunt nomen Sathane pertinere ad Petrum, sed ad diabolū suggestorem huius consilij Porrò lapsus personæ non tollit potestatem.*

¶ Cum enim Luther per petram intelligit fidem, fides æque amittitur in homine, sicut grā. & non plus fides unius hominis q̄ alterius hominis, & ita super fide omnium fidelium est ædificata ecclesia. Etsi omnes fideles sunt fundamentum, quàm tunc dabit ecclesiam? nisi ineptissime dicat idem fundari superseipso.

Adhuc obijciunt hæretici contra Petrum & Papā.

1 *¶ Petrus in apostolos non habuit potestatem, sed apostoli in ipsum, quia ipsum et Ioannem miserunt in Samariam Actu. viij.*

2 *¶ Nec Petrus exercuit unq̄ primatum illum, sicut modo Papa, non uult ullum episcopum fieri in mundo, nisi accipiat pallium & confirmationem ab eo.*

3 *¶ Nouit Petrus hoc prohibitū à Christo, Luc. xxij. facta contentione, quis eorum uideretur esse maior, dicit eis Iesus, Reges gentium dominantur eorū, & qui po-*

testatem habent super eos, benefici uocantur, uos autē non sic, sed qui maior est uestrum, fiat sicut minor, & qui praecessor est, sicut ministrator. Liquet (inquiunt haeretici) reges gentium, non pontifices esse qui dn̄ant. 4

¶ Marci decimo, ubi filij Zebedei ad hanc aspirarunt potestatem, receperunt responsum, s. ut calicem biberent, nec tamen certi ubi sessuri essent.

¶ Sic superioritatem fugiēdam docuit Luc. ix. & Matthei decimo octauo. 5

Paulus restitit Petro Galath. ij.

¶ Victor Papa uolens excommunicare orientales, fuit prohibitus ab Hiereneo Lugdunensi. 6

¶ Anicetus cessit Policarpo episcopo Smyrneorum. 7

¶ Orientales episcopi non obedierunt Iulio Papae. 8

¶ Constantinus. iiij. Imperator constituit Papam esse primum. 9

¶ Sic tot milia maetyrum orientalis ecclesię essent damnata, similiter Cyprianus Augustinus Nicolaus, quia nunq̄ fuit Papa super ecclesias Asiae, Graecię, aut Aphricae. 10

¶ Quando instituit Anthiochenum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, aut Indicum. 11

¶ Theophilus Alexandrinus & Epiphanius deposuerunt Chrisostomum, & idem Epiphanius excommunicauit Ioannem Hierosolymitanum. 12

¶ Concilium Nicenum testatur Episcopum gerere curam suburbanarum ecclesiarum. 13

¶ Idē statuit episcopos ordinari ab episcopis prouincialibus non à Papa. 14

16 ¶ Idem concilium Hierosolymitano tribuit primatum, non Romano. Et Hierosolyma fuit prima, quia de Syon exhibit lex.

17 ¶ Concilio Aphricano quarto. Primæ sedis episcopus nõ appelletur princeps sacerdotum, aut aliquid huiusmodi. sed tantum primæ sedis Episcopus, & infra, uniuersalis autem nec etiam Roma. Ponti. appelletur.

18 ¶ Et Pelagius & Gregorius renuerunt nomen uniuersalis Episcopi.

19 ¶ Primatus Papæ probatur ex Decretis & Decretalibus, Romanorum pontificum. qui libri intra quadringentos annos nati sunt.

Hæc fusius induximus, quod hic magis uociferentur hæretici contra petram q̃ omnes impetiuere.

Diluuntur obiecta.

De prío ¶ Petrum exercuisse primatum iam dicemus. At cũ argutaris Petrus fuit missus ab apostolis in Samariam quare sit minor apostolis? Est forma argumentandi Arrianorum quia pater misit filium Ioan. vi. & xx. & ad Galath. iiij. Itaq; pater est maior filio, quia mittens maior est misso quasi non Herodes miserit tres magos, ut adorent puerum qui maior magis non fuit, & frequens est potiores mitti ex collegio & senatu. * consilio scilicet uel amore, non authoritate inferiorum. Vnde Iosue. xxij. legitur, quod cum audissent filij Israel ædificasse filios Ruben & Gad & dimidium tribus Manasse, altare in terra Chanaam, super Iordanis tumulos contra filios Israel, conuenerunt omnes in Silo ut ascenderent & dimicarent contra eos. Et interim miserunt

ad illos

ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis & decem principes cum eo singulos de singulis tribubus, ut eos super hoc facto sacrilego repræhenderent. Ecce filij Israel inferiores populi miserunt Phinees qui fuit eorum dux coram domino, ut dicitur. i. Parali. ix. Patet itaq; ex diuinis literis nihil habere consequentie, Hic est missus, ergo est minor mittente aut mittentibus.

¶ Petrus executus est officium suum. Nolumus recensere quæ Ioannis. vi. Lucę xij. Matthe. xix. Luc. v. Matth. iiij. Matth. xvij. Matth. xviij. recensuerunt, sed quando in actu iã erat Põtifex creatus audiamus quid fecerit: Nam primo ordinationem Matthie in apostolum direxit. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Viri fratres &c. Actu. i. Secundo in die Penthecostes omnes apostolos defendit, Stans Petrus cum undecim, eleuauit uocem suam Actu. ij. De secũdo.

De tertio

¶ Tertio præsente Ioan. sanauit Claudũ, & coram populo defendit Actu. iij. quarto in concilio defendit se & Ioan. Actu. iiij. Quinto in Ananiam & Saphirã sententiam mortis protulit Actu. v. quod fuit maximum potestatis coherceue inditium. Sexto Simonis maledictam nundinationem cohercuit Actu. viij. Septimo iussus fuit etiam gentes tanq̃ prælatus in suam potestatẽ suscipere, quando uidit Lintheum, in quo erant bestiæ & reptilia, &c. & facta est ad eum uox. Surge Petre occide et manduca, Actu. xi. Hic iussus fuit uelut caput gentes incorporare ecclesiæ. Octauo in concilio apostolorum fuit author sententię cessationis legaliũ, ut do-

cei Hiero. & Actu.xv. Caue itaq; hæreticæ mentiri in sanctum Petrum, quod potestate diuinitus tradita non sit usus.

De adiuncto falsum est, nam patriarchę quilibet cõfirmauit suos episcopos, & Tessalonicen. confirmauit suos episcopos græcię, tanq̃ uicarius Papę, ut liquet ex actis Leonis Papę. Existimat hæreticus omnes episcopos habere pallia, quod falsum est, quia regulariter archiepiscopi habent, & pauci episcopi ex priuilegio, sicut Bambergensis in Germania. Vide in primatu nostro lib.iij.ca.xv. De rõne pallij ex B.Gregorio.

De tertio. ¶ Constat Christum prohibuisse ambitionem Tyrãnidem, non potestatem, quia illa est à deo, & qui potestati resistit, ordinationi dei resistit, ad Rom.ij. Voluit ergo docere humilitatem præsidentis, non auferre potestatem eius, Sicut ex eo q̃ ipse ministrabat, et alios maiores ministrare docuit, male inferret quis Christũ nullam habuisse potestatem. Et cum Christus dixit, qui maior est uestrum, Constat quod uoluit aliquem esse maiorem in potestate, licet coniungit ei ut sit sicut minor per exhibitionem ministerij.

De quarto & quinto ¶ Similiter respondemus, nam uoluit, ut Hieronymus inquit, suos ad summitatem uirtutum, non potentia, sed humilitate peruenire, nam existentes in potestate, debent se intus humiliare, ac si non essent in potestate ut paruuli fiant humilitate non sensu, ac ætate.

De sexto. ¶ Paulus reprehendit Petrum, quia attinebat ad ædificationem fidei, hoc est ad officium apostolatus, in quo erant equales, tamen regimine & potestate Pe-

trus adhuc erat prior. Nam hodie etiam sæpe cōtingit Papam & alios superiores reprehēdi ab inferioribus. Imo hęreticus Luther omnes reprehendit ecclesiasticos prælatos, qui nullius est superior.

¶ Anicetus primus statuit pascha celebrari domini co die, confirmauit primo Pius deinde Victor, & obti nuerunt. Restiterunt primo Orientales, quia ex usu san cti Ioā. xiiij. Luna primi mensis celebrabāt. Policarpus ex Smyrna adijt Anicetum (ecce Gręcus ad Romanū!) qui credidit ei, sacerdotali officio perfungi, nec Anice tus Policarpo suadere poterat, inquit Eusebius in ec clesiastica historia. Corruptor Luther ait, Anicetū cessisse Policarpo. Orientales resistentes Victori excom municare uoluit, quem Ireneus monuit, non quod Vi ctori esset nulla in orientales potestas, nam sanctus mar tyr, cur attentasset? sed pro conseruanda concordia eccle się et pace, cōsuluit turbationē nō moueri in ecclesia. De septio et octauo

¶ Mirum quod hęreticus innititur facto hęreticorū! nam illi orientales, expulerant Athanasium & Paulū qui confugientes ad Iulium Papam, citatis et excommu nicatis hęreticis, fuerūt restituti. Hic ruit hęreticus, quia Papa Iulius ante M.c. annos potestatem habuit in oriē tales episcopos Asię & Ægipti. Vide primatū nostrū. De nono.

¶ Falsum est Constantinum quartum primum de disse primatum Ro. Pontifi. cum antea habuerit ex euā gelio, confirmantibus Imperatoribus Constantino, Va lētiano, Gratiano, Theodosio, Martiano, Basilio, & alijs. Vnde non inconuenit iuri sedis apostolicæ, decre ta etiam principum accedere, quo temeritas rebellantiū De decio

comprimatur. Errauit tamen hæreticus Constantinum quartum quicquam in ea re statuisse, sed solum remisit confirmationem Papæ electi, q̄ Imperator ante suo modo facere solebat.

De undecimo. ¶ Nullus sanctorum martyrum subtraxit se ab obedientia Petri uel successorum, ubi & quádo oportebat. Fallitur hęreticus quod si Papa sit supremus, oporteat omnes episcopos ab eo confirmari, nam sicut sacerdotes ab episcopis, ita episcopi, ab archiepiscopis primatibus aut patriarchis sufficiat confirmari. Ita de Ambr. Augu. & Nicolao sentias. Credo in Germania factũ superbia episcoporũ, quod excusserunt potestatem primatis Magdeburgen. Et priora liquent ex octaua synodo, ex concilio Niceno & alijs, Vide distin. lxiij. decreti Aphricę episcopos fuisse sub Ro. Pontifice patet, quod ex concilio Meleuitano scripserunt ad Innocentium primum Papam, petentes illius confirmationem, uide in epist. Augu. xc. & xci. Concilia tertiũ et quartum Carthaginensia authoritate Zozimi papę & alia authoritate Bonifacij fuerunt confirmata, quoniam misit illuc Faustinum episcopum, illis interfuit Augusti. Concilia sub Cypriano in Aphrica petierunt approbationem à Cornelio papa libr. i. epistolarum, epistola. ij. Cypriani, & lib. iij. epistola. xi. Asię episcopos Ægypti & Græciæ fuisse sub Ro. ponti. iam patuit, quia restitutus Athanasius, restitutus Chrysostomus, restitutus Flauianus, restitutus Appiarius in Aphrica, per Ro. pontifi. Vide in primatu nostro plurima.

De duodecimo. ¶ Institutio episcopi, ut fiat immediate à Ro. pôti

non est necessariū, tamen illas ecclesias fuisse subiectas Pape, liquet ex eo, quod restituit eiectos ex his ecclesijs. Et hodie à Leone papa. x. & Adriano. vi. episcopi Asiatici acceperunt confirmationes.

¶ Quātum potest heresis? nam cum nihil solidi pro se habet, affert iniquissimam optimi episcopi eiectionē Ioan Chryso. qui per Theophilum auarissimū & pessimum Alexandrinum, adiuuante impia Eudoxia Imperatrice, iniquiter est eiectus. Huius sancti uiri iniuriā hereticus pro iure adducit, obticet uero, quod per Innocentium papam fuit restitutus, & negocium per papam Alexandro Antiocheno commissum, & Impe. Archadius resistens pape & Chrysostomo, fuit excommunicatus. I nunc hæretice, & nega episcopos Grecie fuisse sub Ro. ponti. De Ioan. Hierosolymitano, liquet ex B. Hieronymo, fuisse concilium euocatum Antiochie (nam sub illo Patriarcha erat tunc episcopus Hierosolymitanus, et sub archiepiscopo Cæsariēsi) et à synodo dānatū Ioānē, in qua plurime authoritatis erat Epiphanius. De. 13. De. 14.

¶ Canō Niceni concilij. vi. sic habet. Mos antiquus perduret in Ægypto, Lybia & Pentapoli, & Alexandrinus episcopus horū omnium habet potestatem, quādo quidē & Ro. episcopo parilis mos est. Similiter autē apud Anthiochiā & ceteras prouincias honor suus unicuique seruetur ecclesie, Liquet lectori non hic prohiberi primatū Ro. ecclesie, quod hæreticus torquet, sed quia tunc authoritas trium ecclesiarum patriarchaliū fuit confirmata, nam tres tantum erant illo tempore sedes patriarchales, Romana. s. Antiochena, et Alexan-

drina. Imo fortius per illud concilium probatur primatus Ro. Ponti. primo, quia licet Nicæa esset in Asia, tamen Osius Cordubensis nomine papæ præsedit concilio, & primus se subscripsit, non nomine suo uelut reliqui episcopi omnes, sed nomine papę. Secundo quia in concilio Niceno fuit statutum, ut in causa depositionis episcopi posset appellari ex toto orbe ad Rom. Ponti. Huic innitebatur Athanasius & obtinuit, Huic Chrysosto. et obtinuit. Et quando ecclesia Aphricæ reluctabatur Zozino Papę in restitutione Appiarij, certior facta de illo Niceno concilio, acquieuit. I nunc hęretice, & insanias Nicenum concilium aduersari Papę.

De.15. ¶ De ordinatione episcoporum, quid hęc ad primatum? cum hodie rarissime papa ordinet episcopum, aut forte nunq̃, sed in hunc diem, tres episcopi conuenientes ordinant & consecrant episcopum.

De.16. ¶ Canon. vij. concilij sic habet. quia consuetudo obtinuit & antiqua traditio, ut Helie episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salua Metropoli dignitate. Hic stupidus hęreticus nugatur primatum tributum Hierosolymitano, cum adeo nõ tribuat ei primatum, ut sinat illum subiectum Metropolitano, qui erat Cæsariensis teste Hieronymo. Honorandum ergo statuit Hierosolymitanum antiqua traditione, sed nihil ad primatum, porrò Hierosolyma fuit prima tempore, sed non dignitate.

De.17. ¶ Conciliũ Aphricanum nihil agit de primatu, nihil de Roma, sed inter se constituerunt episcopi Aphricani, ne primates eorum (sicut erant Carthaginenses,

Numidie, Mauritanie &c.) gloriosos sibi uendicarent titulos, & iuris dictionem super alios, hoc et nihil aliud habet Canon. vi. concilij in Aphricani, & Delyrus hæreticus cum apud Gratianum. xcix. dist in. i. sedis legisset uerba Gratiani continuata ad sequentia, credidit illa esse uerba concilij, & non sunt. sed de uniuersali episcopo mox dicamus.

¶ Gregorius & Pelagius non respuerunt primatũ ecclesiæ Ro. sed approbauerunt, ut de primatu Petri latissime ostendimus. Sed sic negauerunt, aliquẽ posse esse uniuersalem episcopum. Sic quod esset cuiusq; ecclesiæ proprius rector, quoniã sic nullus alius esset episcopus, & honor episcopalis omnibus detraheretur, & in unum solum reijceretur. Quod quia esset Hierarchici ordinis destructiuum, merito reprobarunt sancti patres, seruata ecclesiæ Romanæ dignitate. De. 18.

¶ Primatus Romanæ ecclesiæ non solum ex decretis Pontificũ probatur. sed ex euãgelio, ex sanctis martyribus, concilijs, & doctoribus sed errat hæreticus, credit non fuisse alia iura canonica, nisi post ortum decretum Gratiani, & decretales Gregorij, cũ semper in ecclesia statuta & iura fuerint, sicut olim erat Codex cano. decre. Pasibasij, decretum Burckardi, Panorma, Iuonis &c. Euanescunt itaq; omnia hæretica, ut bulla aquæ. De. 19.

Conclusio.

¶ Suscipiamus omnes authoritatem ecclesię in apostolica sede Romana relucentem, cum eam in rebus arduis fidei consuluerit Hierony. ex Asia ad Damasum, Augu. ex Aphrica ad Innocen. et Bonifacium, ac Cy- In epist.

prianus ad Corneliũ, Athanasius ex Ægypto ad Marcum, & Iulium, Ambrosius ex Italia &c.

¶ Iam defendentes se contra rebaptizatores recedunt ab eorum basi, unde multa fatentur non scripta et tamen tenẽda. Zuinglius adducit de baptismo Marię. De baptismo paruulo.

EX SCRIPTVRIS TEMERE REpugnare hęreti. ca. iiij. continens tria axiomata.

¶ Præter superius dicta de Ecclesia & concilijs hæc subijciamus.


Primum aixoma.

QVia hæretici nihil uolunt recipere nisi probetur expresse per scripturas. Itaq; Lutherani nõ recipient perpetuam uirginitatem Marię, sicut Heluidius contra quem scripsit beatus Hieronym. quia in scripturis, non probatur, sed plures scripturæ apparenter sunt pro Heluidio.

¶ Articulus in symbolo fidei, descendit ad inferna, non expresse probatur ex scripturis, quare Luther nõ credet illum articulum, nam si quis obiecerit illud Ecclesiast. xxiiij. penetrabo omnes inferiores partes terrę, dicet proteruus, penetrabit uirtute, non loco. Id erit ei cum multis catholicis commune. Si Paulum quis attulerit ad Ephe. iiij. q autem ascendit, quid est nisi quia et descendit primũ in inferiores partes terrę. Mox dicet apostolum loqui, filium dei descendisse in uterum uirginis, qui ascendit ad alta cœlorum. Partes autem terrę

sunt inferiores cœlo & elementis. Similiter *symbolum* Athanasij *omousion, personam in diuinis*, Annam ma-trem Mariæ, *diē dominicam* Lutherani *nō obseruabūt.* Iuditio Lutheranorū, *Christus non bene probasset con*- Mar.12.
tra Saduceos resurrectionem corporū, non enim eis ad duxit clarū textum, sed quia dictum est. Deus Abraā, Deus Isaac, Deus Iacob, *non est autem deus mortuo-* Exodi.3.
rum, sed uiuentium, & tamen tunc solum uiuebant se-cundum animas non secundum corpora.

✻ Non *sunt igitur solum credenda & seruanda (quod uolunt stolidi* Lutherani) *quæ expresse habentur in di uinis literis aut probantur ex ipsis, uerum etiā ea opor tet credere & seruare, quæ sancta mater ecclesia cre-dit & obseruat,* Non *enim omnia tradita sunt manife ste in sacris scripturis, sed quāplurima ecclesiæ (quæ à spiritu sancto illustratur & gubernatur & ob id à ueri tatis tramite errare nequiet) determināda relicta sunt,* Vnde *saluator ad discipulos suos,* Ioan.xvi.dixit. Ad-*huc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo,* Cum *autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem,* Multa *igitur in suis ritibus et ce remonijs obseruat ecclesia, ex familiari instinctu spiri-tussancti, & traditione apostolorum & sanctorum pa-trum, quæ & si expresse in sacris literis non habeātur, ipsis tamen nequaq̄ obuiant, aut ab ipsis discrepant,* Imo *maxime ipsis sunt conformia, & ob id ab omni-bus ueris euangelicis & paulinis (quales se mendaciter gloriantur esse* Lutherani) Christianis *amplexanda & obseruāda.* Itaq; *fratres state, et tenete traditiōes quas* 2.Thes.2.



didicistis siue per sermonem, siue per epistolã nostrã.

1.Cor. 2. ¶ *Cætera cum uenero disponam.* Hic de Eucharistiæ sacramento loquẽs, innotescit se non oĩa scripsisse, sed cum ad ipsos uenerit reliqua nõ scripta dispositurũ.

2.Ioã.ca. unico. ¶ *Plura habens uobis scribere, nolui per cartam & atramentum. spero enim me futurum apud uos & os, ad os loqui, ut gaudium uestrum plenum sit.*

3.Ioã.ca. unico. ¶ *Multa habeo tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi, spero autem protinus te uidere, & os ad os loquemur.*

Inno.3.de cele. missarũ ca. Cũ marte. ¶ *Sanè multa tam de uerbis q̃ factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa, quę apostoli uel supplevisse uerbo uel facto expressisse leguntur.*

Actu.20. 1.Cor.15. ¶ *Paulus enim in actibus apostolorum sic ait, Meminisse nos oportet uerbi domini Iesu qui dixit, Beatius est dare, q̃ accipere,* Hæc nullus quatuor euangelistarum descripsit, Nullus etiam expressit, quod Paulus de apparitione plusq̃ quingentis fratribus simul facta.

Orige.Homil.5.sup. numeros ¶ *In ecclesiasti. obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet, Nã ꝙ (uerbi gratia) genu flectimus, orantes, & ꝙ ex omnibus cœli plagis ad solam orientis partem conuersi orationem fundimus, non facile cuiq̃ puto ratione compertum &c.* Huius tamen rationem tradit Dam. ita inquiens,

Damas.li.4.de orthodox. *Quia deus est lux intelligibilis & sol iustitie & oriens in scripturis nominatur Christus, dedicandus illi oriens est ad adorationem,* Nam omne præstantius, magisq; bonum illi offerẽdum a quo omne bonum benigne largitur, Hæc

ille, in nullo euangeliorum codice.

¶ Lutherani contendunt scripturas sacras esse claras, ideo layci & delyre anus eas tractant imperiose. Secũdum axioma.

¶ Contra dicit Petrus, loquens de epistola Pau. In quibus sunt quaedam intellectu difficilia, quae indocti et instabiles deprauant, sicut ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Ecce difficultatem illarum, et quo uiuente Pau. fuerunt deprauatae, sicut hodie faciunt Lutherani. Hierony. ad Algasiá. q. vij. Omnis epistola Pau. ad Ro. nimis obscuritatibus inuoluta est.

¶ Quod si etiam opertum est euangelium nostrũ in his qui pereunt est opertum. Si sacra scriptura est apertissi. mirum cur sancti patres, qui tam frequẽter legerunt, non intellexerunt à M. cc. annis, quod si Augusti. Hierony. Bernar. Thome fuit obscura, quo modo Laycis Lutheranis erit aperta? 2. Cor. 4.

Tertium axioma.

¶ Male haeretici nolũt aliũ iudicẽ, q̃ scripturam.

¶ In ueteri testamento lex non fuit iudex, sed summus sacerdos. Si difficile et ambiguum &c. uide supra titu. i. Et Ezechielis. xliiij. Et catholici quoque admittunt scripturam maxime, sed intellectu ab haereticis differimus, ideo oportet alium esse iudicem q̃ scripturam. Deut. 14.

¶ Etiam diabolus allegauit scripturá contra Christum. Angelis suis mandauit de te &c. sed uerum intellectum non tenuit, ut inducit Hierony. contra Luciferanos, atque scripturę non in legendo, ut imperitum uulgus iam Lutheranę haeresis sentit, sed intelligendo consistit Hierony. ibidem. Ideo Tertulia. potenter ostendit lib. Matth. 4. Hierony. Tertullia.

de præscript. hæreticorum, eos nequaꝗ̃ admittendos ad ineundam de scripturis prouocationem. Omnes hæretici confugerunt ad scripturas male ab eis intellectus, Augusti. Arrius adduxit pro se. xlij locos scripturæ.

Aug. st. ¶ Lutherani recipiunt scripturas sicut Iudæi ueteris testamentum, quia insistunt solum sensui literali. & quæ sunt eis contraria ipsi torquent, unde sunt Theologi atramentales secundum corticem & superficiem. Ideo iudaicum est scripturis impugnare ecclesiã. Luther in assertionib. dicit, Superbis & impijs scripturam semper esse maioris cęcitatis occasionem, hoc dictum redundat in caput authoris & suorum sequatium.

DE FIDE ET OPERIBVS.

Cap. v. Continens propositiones. v.

Propō. I. Fidem non sufficere sine operibus, & opera aliquid esse. i. meritoria uitæ ęternæ, ex diuina præordinatione & gratia dei acceptante ostenditur. Respexit dominus ad Abel et munera eius, ad Chain autem & ad munera illius non respexit. Et ait dominus ad Chain. Nonne si bene ægeris recipies, Sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit.

Gene. 15. ¶ Ait dominus ad Abraham, Ego ero merces tua magna nimis. Ecce merces eius cum eo.

Esa. 40.

Hiero. 31. ¶ Est merces operi tuo ait dominus.

Osee. 10. ¶ Seminate uobis in iustitia.

Prouer. 11 ¶ Impius facit opus instabile seminanti autem iustitiam, merces fidelis.

¶ *Bonorum operum gloriosus est fructus.* Sapien.3.

¶ *Iusti in perpetuum uiuent, & apud dominum est merces eorum.* Sapien.5.

¶ *Reddet deus iustis mercedem laborum suorum.* Sapie.10.

¶ *Qui timetis deum credite illi, & non euacuabitur merces uestra.* Ecclesi.2.

¶ *Quodcunq; pōt manus tua instanter operare.* Ecclesi.9.

¶ *Misericordia faciet unicuiq; locum secundum meritum operum suorum* Eccle.16.

¶ *Obseruabo me ab iniquitate mea et reddet mihi dominus secundum iustitiam meam, psalmo.c.xviij* Psal.17. *Inclina cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem.* Psal.118.

¶ *Reddet tibi dominus pro opere tuo & plenam mercedem accipies à dño deo Israel ad quem uenisti.* Ruth.2. 2.Par.15.

¶ *Confortamini & non dissoluantur manus uestrę .i.opera,* Erit *merces operi uestro.*

¶ *Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis.*

¶ *Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis.* Alioquin *mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui est in cœlis.* Ergo *per oppositum &c.* Matth.6.

¶ *Non omnis qui dicit mihi domine, domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est.* Matth.7.

¶ *Quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidę, non perdet mercedem suam.* Math.10

¶ *Voca operarios & redde illis mercedem & an-* Math.20

teat quod iustum fuerit dabo uobis.

Math.19. ¶ Si uis ad uitam ingredi serua mandata.

25. ¶ Esuriui & dedistis mihi manducare &c. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi.

Ioan.5. ¶ Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitę, qui uero mala egerunt in resurrectionē iudicij.

Ioan.15. ¶ Vos amici mei estis, si feceritis quę ego praecipio uobis. Reddet deus unicuiq; secundum opera eius.

Roma.2. ¶ Gloria & honor omni operanti bonum.

ibid. ¶ Non enim auditores legis iusti sunt apud deum,

ibid. sed factores legis iustificabuntur.

1.Cor.3. ¶ Vnusquisq; mercedem accipiet secundum laborem suum.

1.Cor.5. ¶ Omnes nos manifestari oportet ante tribunal domini nostri Iesu Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit siue bonum siue malum.

1.Cor.15 ¶ Si uolens hoc agam mercedem habeo.

¶ Habundantes in omni opere domini semper, scientes q; labor uester non est inanis in domino.

2.Cor.4. ¶ Id quod in pręsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrę supra modum in sublimitate, aeternum glorię pondus operatur in nobis.

Collos.3. Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut domino & non hominibus, scientes q; à domino accipietis retributionem hæreditatis.

Collos.1. ¶ Ambuletis digne deo per opera placentes in omni opere bono fructificantes.

Phili.1. ¶ Mihi uiuere Christus est & mori lucrum, Si lu-

trum, ergo meritum.

¶ Cum metu & tremore uestrã salutem operamini. Phili. 20.

¶ Non est iniustus deus ut obliuiscatur operis uestri & laboris ex charitate suscepti. Hæbre. 6.

¶ Beneficentiæ & communionis nolite obliuiscitalibus enim hostijs promeretur deus. Hæbr. 13.

¶ Videte uosmetipsos, ne pdatis quæ operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. 2. Ioã. ca. unico.

¶ Filioli nemo uos seducat, qui facit iustitiam iustus est sicut & ille iustus est. 1. Ioã. 3.

Aduerte autem hic, opera ex suo genere bona esse deo grata æternæq; uitæ meritoria, id accipiendum esse de operibus uiuis, hoc est quę procedunt ex uitæ spiritualis principio, quod est gratia & charitas, qualia opera faciunt iusti ex fide per dilectionem operante, uiuētes, Secus autem est de operibus, quãtumuis suapte natura bonis qualia faciunt impij, puta fornicatores, adulteri, & huiusmodi, quæ nec gratię (q̃ sub merito cadere contradictionem implicat iuxta dictum apostoli. Si autem gratia iam non ex operibus alioquin gratia, iam non est gratia: & iterum. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum) neq; uitę æterne sunt meritoria. Fornicatores enim & adulteri fures et latrones (quãtumuis mentiuntur se euãgelicos & Paulinos) non habent hęreditatem in regno Christi & dei, neq; ipsum consequentur. Sed iudicabit eos dominus. Sunt tamen huiusmodi opera bona quãuis mortua, in non excæcatis & obduratis peccatoribus, sed sua peccata confitentibus humiliter ueniam petenti Abac. 2. Gala. 5. Ro. 11. Rom. 4. Ephe. 4. Gala. 5. Hæbr. 13

Lucæ.18. bus, gratię impetratiua. Patet de publicano, qui impetrata per humilem & deuotam orationem peccatorum suorum indulgentia, descendit iustificatus in domū suā. Claret quoque de Cornelio gentili, cuius oratio est exaudita & elemosinæ commemoratæ sunt in conspectu dei,
Actor.10 suisq; & oratione et elemosinis obtinuit, ut à Petro ad se misso baptizaretur, cum omnibus cognatis & necessarijs amicis spiritu sancto etiam in signo uisibili super eos descendente.

Eccle.9. ¶ Consulendum est igitur peccatoribus, ut quodcunque poterit manus eorū instanter operentur non auertendi non retrahendi à bonis operibus (quod faciunt impij Lutherani, omnis boni osores) & maxime ut pietatis opera non in apostatos monachos et moniales sub honesto matrimonij titulo sacrilegę fornicantes & adulterantes, sed in ueros catholicos pauperes exerceant: iuxta illud. Da misericordi & ne suscipias peccatorem,
Daniel.4. bene fac humili & non des impio, Ita consuluit Daniel
Eccle.12. Nabuchdonosori dicens. Consiliū placeat tibi rex peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Ita diuus Gregorius, cuius uerba habentur de peni. dist in. v. c. Falsas. Totus igitur Lutheranorum error de bonis operibus procedit ex ignorantia huius nunc factę fundatęq; in sacris scripturis distinctionis. Argutantur enim ita in uirtute. Opera bona nō sunt gratie meritoria, ergo neque uitæ æternæ, ergo sunt nulla. quod argumentum q̄ sit sophisticum, si se sophistas & illusores & deceptores agnoscerent, facile uiderent. Peccant enim pœnes sophisma consequentis à

destructione

destructione antecedentis ad destructionem consequentis arguendo. Ita & perfidi Iudęi (quibus longe certiores sunt impij Lutherani) argutabantur cōtra Christū. Hic homo non custodit sabbatum, ergo non est à Deo, ergo non est iustus, sed peccator, demonium habens, arguentes eum transgressi sabbati reum &c. Ioā. 7. & 8. & alib.

Propositio secunda.

* Iustus non peccat in omni opere bono. In Hierusalem constituit Iosaphat leuitas & sacerdotes et principes familiarum, ex Israel, ut iuditium & causam domini iudicarent, habitatoribus eius, præcepitq; eis dicens. Sic agetis in timore domini fideliter & corde perfecto. Omnem causam quæ uenerit ad uos fratrum uestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationē & cognationem ubicunq; quęstio de lege, de mandato, de ceremonijs, de iustificationibus, ostendite eis, ut non peccent in dominum, & ne ueniat ira dei super uos, et super fratres uestros, Sic ergo agentes non peccabitis. 2. Parali. 19.

¶ Qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me uitam æternam habebunt. Eccle. 24. Virgo si nubat non peccat. 1. Cor. 7.

¶ Satagite fratres, ut per bona opera certam faciatis uestram uocationem. & electionem. Hæc enim facię tes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in ęternum regnum domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. 2. Petri. 1

¶ Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen eius manet in eo, & non potest peccare, quia ex deo natus est. Nota non potest peccare, se- 1. Ioan. 3.

1.Cor.15 *quens inclinationem charitatis, secundum quã natus est ex deo, quia charitas non agit perperam.*

1.Ioan.2. ¶ *Hæc scribo vobis, ut non peccetis.*

1.Petri.2. ¶ *Ex bonis operibus uos considerãtes glorificẽt deũ.*

Colloss.1. ¶ *Fructificantes in omni opere bono.*

1.Cor.15 ¶ *Euigilate iusti, & ne peccetis.*

Matth.6. ¶ *Si oculus tuus fuerit simplex non habens aliquã partem tenebrarum, totum corpus tuum (id est tota congeries operum tuorum) lucidum erit.*

Propositio tertia.

Iacobe.1. ¶ *Fidem aliquam esse inanem, quia sine operibus. Quid proderit fratres mei, si fidẽ quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? infra Fides si non habeat opera mortua est in seipsa, infra. Vis autem scire ò homo inanis quoniam fides sine operibus mortua est &c.*

Propositio quarta.

Ioan.8. ¶ *Fides est opus. Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit Iesus, hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Et iterũ. Si filij Abrahe estis, opera*

Gene.25. *eius facite, sed præcipuum opus Abrahe fuit fides. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi in iustitiam. Ecce fides inter opera computatur.*

Propositio quinta.

Math.ult. ¶ *Non sufficit credere. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiri. docentes eos (non solũ credere m sed seruare omnia quæcunque mandaui uobis, non sufficit quod ceco liniatur oculus luto, sed oportet quod uadat ad natatoria Siloe.*

¶ Si habuero omnem fidem, ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. Per hoc probat Augu. xv. de trini. fidem nõ habere necessario charitatem annexam. Itaq; operemur bonum ad omnes maxime ad domesticos fidei. Ioan. 9. I. Cor. 13.

¶ Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidẽ seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, q̃ reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Augusti. Galath. 6. 2. Tim. 4.

¶ Vobis donatum est pro Christo, ut non solum in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Philip. 1. Obijc. hæ.

¶ Iustus ex fide uiuit, Itaq; non ex operibus. 1

¶ Qui credit in filium dei non condẽnatur. Ioã. iij. Abac. 2.

¶ Creditis quia hoc possum facere uobis, secundum fidem uestram fiat uobis. 2 Roma. 1.

¶ Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. 3 Matth. 9.

¶ Qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. 4 Gene. 15.

¶ Fides tua te saluã fecit. Opera sunt hypocritarum. 5

¶ Charitas ẽ fructus fidei, quare sola fides sufficit. Ioan. 6.

¶ Paulus ad Roma. & ad Galat. contendit hominem iustificari per fidem, sine operibus. 6 Matth. 9.

Respondent Cathol. 7

¶ Hic constat uerum esse, quod Augu. inquit hanc hæresim (non enim noua est, sed antiquissima.) exortã ex uerbis Pauli male intellectis. 8 Augu. de fide & operib.

¶ Fatemur iustum ex fide uiuere, est enim fides fundamentum spiritalis ædificij, quia sperandarum rerum subsiãtia. Sed q; hæreticus assumit ex sola fide, lacerat De prio.

& falsificat textum, quia nullibi det, Iustum ex sola fide uiuere.

De scdo. ¶ Credere in deum usu scripturæ, includit adhærere deo per charitatem secundũ Augu. Theologi iuniores appellant fidem formatam, liquet ex sancti Paul. In Christo Iesu neq; circuncisio quicq̃ ualet, neq; præputium, sed fides per dilectionem operans, ecce Paulus non dicit sufficere quãcunq; fidem, sed quæ operetur per charitatem.

Augu. tractu.x.sup. cano.

Galath. 5.

Der tertio ¶ Liquet ex secundo, licet fides etiam informis poterat aliquid temporaliũ commodi impetrare, sicut Romani uirtutibus impetrarũt tantam dignitatem secundum Augu. de ciuitate dei lib. v.

De quarto ¶ Respondet. s. Iacobus. Abrahã pater noster nõne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filiũ suũ super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consumata est infra. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum. Dicatur sicut de secundo,

Iacobi. 2.

De quinto ¶ Similiter. Quod autem calumniatur opera facere

De sexto. hypocrisim, cur tunc Christus dixit? Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est.

Matth. 5.

De septio ¶ Assumit falsum, quia charitas est fructus spiritus non fidei, & similiter fides est fructus spiritus. Paulus ait: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia &c. fides modestia.

Galabt. 5.

¶ Omnes tamen Lutherani coacti argumentis fidelium incipiunt distinguere de fide, uerã formatam fi-

dē appellant in uulgari nostro. Denliebreychen uolstigen glauben. id est qui diues sit in charitate & operibus aliam nominant historicam. Sicut Ecolampadius de megoria. s. ponit aliqua opa uiua & aliqua mortua.

* Obyciunt Lutherani contra secundam propositionē facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus mēstruatę, uniuersæ iustitiæ nostræ. Non est iustus in terra qui benefaciat & non peccet. Non intres in iudiciū cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Esa. 64. Eccle. 7. Psal. 162.

¶ Quod uolo malum hoc facio, quod uolo bonum non facio &c. Video autem aliam legem in membris meis repugnanti legi mentis meę &c. Roma. 7.

Respondent Catholici.

¶ Propheta loquitur secundum Hierony. interpretationem de populo Iudaico pro eo tempore, quando necdum saluator aduenerat. Hoc est sub tpe legis, quando populus imaginem terreni portauit, non autem adhuc imaginem super cœlestis, unde iustitia quæ in lege est ad comparationem euangelicæ puritatis, immunditia nominatur, Si quis igitur (infert) post euangelium Christi, & aduentum filij dei, pedagogę legis obseruat cærimonias, audiat populū confitentem, quod omnis illa iustitia, panno sordidissimo comparetur. De prīo. Augu. de hoc plura in multis locis.

¶ De Christianorum itaqꝫ iustitia nequaq̄ ex locutus propheta, Insuper ipsius prophetæ uerba, quæ proxime sequuntur indicant quod loquitur non uniuersaliter de omnibus, sed in persona grauiter peccātium hęc dicta sunt. Et cecidimus inquit quasi folium uniuersi,

& iniquitates nostræ, quasi uentus abstulerunt nos.

¶ Et post *ciuitas sancti tui facta est deserta.* Hieru*salem desolata, domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri facta est in exustionem ignis.* Hæc *autem omnia eis accidisse propter peccata sua maximæ idolatriæ manifestæ patet in sacr. scrip.* Captiuitati *igitur* Babilonicæ *miserias deflet propheta, in qua propter idolatriæ crimen facti fuerunt immundi, omnis & uniuersæ eorum iustitiæ, quasi pannus menstruatæ.* Ita *hoc maligno tempore* Lu*therani ex hæreseon sacrilegorum, fornicationum adulteriorum, & id genus innumeris criminibus, facti sunt immundi omnes & uniuersæ eorum (ne dicam iustitiæ, quas nullas faciunt) sed iniustitiæ & impietates, non quasi, sed longe sordidiores abhominabilioresq́; panno menstruatæ.*

De scđo. ¶ In hæbreo nõ est *præsentis temporis peccat, sed* De spũ & irã. *futuri peccabit, & ita allegat diuus* Augu. *perinde ac si dixerit.* Non *est iustus qui nunquã peccabit.* Septies Prou. 24. *quippe cadit iustus in die & resurgit, non tamen in o*De tertio *mni opere bono peccat.*

De perfe*ctione iustitiæ.* ¶ Respondet Augu. *adductam authoritatem psalmus exponẽs.* Ne *intres in iudi cũ ser. tuo.* Noli *inquit me iudicare scđm te, qui es sine peccato, quia non iustifica. in conspectu tuo omnis uiuens, quod de hac uita dictum esse, sine difficili quæstione intelligitur.* Et *quod ait.* Non *iustificabitur ad illam perfectionem iustitiæ retulit quæ in hac uita non est.* Hæc *ille.* Facile *igitur do. namus neminem uiuere qui sic iustificatur, ut omni pror*

sus careat peccato, non tamen propter hoc consequens est, iustum in omni opere bono peccare.

¶ Respondet Apostolus ipse ca. sequen. Nihil ergo inquit nunc damnationis (.i. peccati aut culpe) est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundũ carnem ambulant, lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Patet igitur in Christi fidelibus qui mente seruiunt legi dei, concupiscentiam carnis repugnantem legi mentis, nullum esse peccatum, quàm tamen Apostolus peccatum uocat, quia peccato facta, & peccati pœna est, sicut et Christus pro nobis peccatũ factus est, quia peccata nostra (.i. pœnas peccatis nostris debitas) ipse ptulit in corpe suo sup lignũ. De quarto 1. Pet. 2. 2. Cor. 5. 1. Pet. 20.

DE CONFIRMATIONE.

Ca. vi. duo probat axiomata.

¶ Primum axioma. Confirmatio est sacramentum.

BAptismum admittit Luther esse sacramentũ, sed confirmationem negat. At quia in confirmatione est signum sensibile, habens infallibilem assistentiam gratiæ spiritussancti, ideo est sacramentum.

¶ Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria uerbum dei, miserunt ad eos, Petrum & Ioannem, qui cum uenissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum, nondum enim in quẽquam illorum uenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu, tunc imponebant manus super Actu. 8.

Actu. 19. illos, & accipiebant spiritum sanctum. De Ephe. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu, & cum imposuisset illis manus Paulus, uenit spūs scūs sup eos. ¶ Ecce post baptismum, erat signum sensibile, scilicet impositio manuum, quo conferebatur gratia spiritus sancti, & ita erat sacramentum.

Secundum axioma.

2. axioma nō aplūs. de quo Actu. 6. & 21. ¶ Et quod soli episcopi hodie confirmant, indicat textus hic, quod Philippus diaconus non cōfirmauit Samaritanos, sed apostoli Petrus & Ioannes. Et non est credibile aliquod donum gratiae, ad electorum pertinens consumationem, fuisse olim in ecclesia, quod iā desit.

Dionysi. Dionysius Areopagita recenset illius mysteria ca. iiij. ecclesiasticae Hierarchiae, & teleten unguenti dixit appellatum ab apostolis.

Melchia. ¶ Melchiades Papa martyr. In baptismo regeneramur ad uitam, post baptismum confirmamur ad pugnā, in baptismo abluimur, post baptismū roboramur.

¶ Concilium Aurelianense. Vt ieiuni ad confirmationem perfectae aetatis ueniant, ut moneantur confessionum prius facere ut mundi mereantur spiritus sancti donum accipere, & quia nunq̄ erit Christianus, nisi in cōfirmatione episcopali fuerit chrysmate unctus. Cum alijs de consecra. distin. v.

De conse. di. v. c. spiritussan. Cōtra luciferanos. ¶ Hierony. Episcopus si imponit manum his imponit, qui recta fide baptizati sunt, qui in patre & filio & spiritu sancto, tres personas & unam substantiam crediderunt &c. infra. Quod si hoc loco queras, quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi, non ac-

cipiat spiritum sanctum? Disce hãc obseruationem ex ea authoritate descẽdere, quod post ascensum domini spiritus sanctus ad apostolos descendit, & multis in locis idem factitatum reperimus.

⁎ Obijcientibus hæreticis Christum hoc sacramentum non instituisse. Dicendum est quod Christus utiq; hoc sacramentum instituit, non quidem exibendo, sed promittendo Luc. ult. di. uos autẽ sedete in ciuitate, quousque induamini uirtute ex alto. Et Ioan. xvi. Si nõ abiero paracletus non uenerit ad uos, Si autem abiero mittam eũ ad uos, Et hoc ideo quia in hoc sacramento datur plenitudo spiritussancti, quæ non erat danda ante Christi resurrectionem & ascensionem secundum illud Ioan. vij. Nõdum erat sanctus datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus.

DE ORDINIS SACRAMENTO. CAP. VII.

Quia negant ordinem esse sacramentum. Ex sacris literis doceatur ordo, & quod cum signo sensibili conferat gratiam.

¶ Ascendens Iesus in montem uocauit ad se quos uoluit ipse & uenerunt ad eum, & fecit ut essent. xij. cum illo, & ut mitteret eos predicare. Post hæc designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam. Matth. 10 Mar. 3. Luc. 6. Luc. 10.

¶ Accepto pane gratias egit & fregit et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, Luc. 22. Ioan. 20.

hoc facite in meam commemorationem.

¶ Dixit Iesus apostolis. *Sicut me misit pater, et ego mitto uos, hæc cum dixisset insufflauit, & dixit peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Actu. 13. ¶ Dixit spiritus sanctus. *Segregate mihi Saulum et Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos, Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus dimiserunt illos.*

1. Tim. 4. ¶ N*oli negligere gratiam quæ in te est, quæ data*
ibi. 5. *est tibi per prophetiam, cum impositione manuum præsbyterij, in his te exerce.* Nemini *cito manus imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis.*

1. Tim. 5. ¶ Q*ui bene præsunt præsbyteri, duplici digni sunt honore.*

1. Tim. 3. ¶ *Huius rei gratia reliqui te in* Creta, *ut constitu-*
Titum. 1. *as oppidatim præsbyteros.*

Philip. 2. ¶ *Et eiusmodi in honore habetote.*

1. Thes. 5. ¶ Ro*gamus uos fratres, ut agnoscatis eos, qui laborant inter uos, & qui presunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo precio.*

Hæbre. 5. ¶ O*mnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in his quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.*

1. Petr. 5. ¶ Pa*scite qui in uobis est gregem dei & infra.* Et *cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem æterne glorie coronam.*

Actu. 20. ¶ A*ttendite uobis & cuncto gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos ad regendum ecclesiã dei quam acquisiuit sanguine suo.*

Actu. 6. ¶ A*duerte hic q diacones mensarum & uiduarum*

legimus.viij.ab apostolis institutos. Inter quos leguntur etiam prædicasse Stephan. & Philip.qui Samaritanos conuertit. Diacones autem altaris qui ordinatur ad orandum & prędicandum iungit apostolus Paulus episcopis dicens.

¶ Omnibus sanctis in Christo Iesu,qui sunt Philippis cum episcopis & diaconibus,& ad Timoth.descripto episcopo, describit quales debet esse diaconus. Habes hic in apostolo manifestam discretionem inter episcopos & diacones. Discretio igitur ordinum & ministrorum in ecclesia solidum habet fundamentum in sa. scrip. de qua uide in decre.di.xxi.c.Cleros, & magistrum sententiarum di.xxiiij.quarti lib. Philip. 1. 1.Tim. 3.

¶ Patet.xij.fuisse apostolos,&.lxx.discipulos, illis episcopi,istis sacerdotes succedunt(docet Beda.) Erāt baptizati apostoli,at non erant sacerdotes, nisi cum in cœna fecit eos sacerdotes, dans eis potestatem consecrādi corpus Christi uerum,& post resurrectionem absoluendi corpus Christi mysticum. Et signum sensibile fuit in impositione manuum & contulit gratiam,cur igitur à Luthero reijcitur à sacramento. Et non esse cuiuslibet ē plebe officium. Lucæ. 10

¶ Non mittebam prophetas & ipsi currebant,non loquebar ad eos & ipsi prophetabant, si stetissent in consilio meo,& nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utiq; eos à uia mala,et à cogitationibus suis pessimis. tales sunt hæretici, qui si starent in consilio dei,deus eos illuminaret. Hiere. 23.

¶ De Phinees. Ecce do ei pacem fœderis mei,& erit Num. 25.

tam ipsi quam semini eius, pactum sacerdotij sempiternum.

Malach. 2 ¶ Pactum meum fuit cum Leui (dicit dominus exercituum) pactum meum fuit cum eo uitę & pacis, & dedi ei timorem &c. Lex ueritatis fuit in ore eius, iniquitas non est iuuenta in labijs eius, labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia angelus dei exercituum. Ecce pactum sacerdotale cum Leui, non cum alia tribu.

Hebræ. 5 ¶ Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui uocatur à deo, quemadmodum Aaron, sed legitur, non quemlibet è plebe uocatum ad sacerdotiũ, Aaron inquit, & filios eius unges, & sanctificabis eos, ut sacerdotio fungantur mihi.

Exod. 28. * Item legimus iussisse dominum, quod quando mouenda essent castra, filij Caath portarent uasa sanctuarij immoluta ab Aaron & filijs eius, & non tangerent ea ne moriantur.

Num. 4. ¶ Hinc Datan, Chore & Abiron, usurpantes sibi sacerdotale officium (sicut modo Layci Lutherani) à terra absorpti sunt, descenderuntque uiui in infernum operti humo, & ducenti quinquaginta uiri eis consentientes

1. Reg. 6. ab igne consumpti sunt. Vnde Oza, quoniam ultra suę sortis conditionem manum arche dei ne caderet admo-

2. Par. 26. uit, subita morte à domino percussus est. Item Osias rex cum opus sacerdotale (adolere. s. incensum super altare thymiamatis) præsumeret, increpatusque ab Azaria & reliquis sacerdotibus domini, nõ desisteret, lepra in frõte perfusus est, mansitque leprosus usque in diẽ mortis suę.

¶ Hinc canonicis sanctionibus iustissimę ac sanctis

fimq́ prohibitum est Laycis, manibus attrectare res sacras puta calicem, corporale, hostiã consecratam, & huiusmodi. dist. xxiij. c. sacratas &c. Nõ oportet in sacratas. & de conse. dis. i. ca. In sancta sedę & c. uestimenta. Non debent igitur huiusmodi *sacra contingi aut offerri, nisi à sacratis hominibus, ne ultio quæ Baltasar regem percussit, super hoc transgredientes ueniat.*

¶ Dionysius. *S.* Pauli *discipulus ca. v. cœlestis* Hierarchię *prosequitur ritum apostolorum in consecrandis episcopis præsbyteris, & diaconis.*

¶ Ignatius *discipulus. S.* Ioan. *ad* Trallianos *extollit dignitatem episcoporum præsbyterorum & diaconorum.* Hoc idem *docuit per epistolã* Smyrnæ. *Et ad* Antiochenses *inquit.* Saluto *sanctum presbyterum uestrũ, saluto sctõs diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cãtores, hostiarios, laborãtes, exorcistas, atq; cõfessores.*

¶ Cyprianus *li. i. epi. iij. ab initio meminit acolythi.*

¶ Ecce *tempore apostolorum omnes fuisse ordines.*

Obijciunt Hæretici.

¶ Omnes *Christianos esse sacerdotes & unctos ex baptismate in sacerdotes,* 1 1. Petr. 2.

¶ Vos *estis genus electum, regale sacerdotium.* 2

¶ Dilexit *nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo.* Apoc. 5.

¶ In *uno spiritu omnes in unum corpus baptizati sumus, & omnes in uno spiritu potati sumus.* Sequitur *nos oẽs esse equaliter sacerdotes.* Simile *quid dicunt* Chrysosto. *&* Ambrosius. 3 1. Cor. 12

* *Cum igitur beatus Petrus inductam hoc ex loco de sumpserit authoritatem, sequitur idem de Christianis, quod de Iudæis. Unde beatus August. exponens illud* Lib.20.de *Apoc.xx. Sed erunt sacerdotes dei & Christi, & re-* civita.dei. *gnabunt cum eo mille annis, ait. Non utiq; de solis episcopis & presbyteris, dictum est, qui proprie iam in ecclesia uocantur sacerdotes, sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrysma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis. De quibus apost. Petrus. Plebs, inquit sancta regale sacerdotium &c. Hierony. contra Luciferianos qui receperunt Lay* Hierony. *cum peccatorem, qui errasse se confitebatur, non autem episcopum nisi deposito sacerdotio. Deponat igitur inquit Laycus sacerdotium Laycu, id est baptisma (ecce sacerdotium Laycale.) Et infra. Sine chrismate, & episcopi iussione, neq; præsbyter, neq; diaconus ius habent baptizandi. Quod frequenter (si tamen necessitas cogit) scimus etiam licere Laycis. Hæc illi. Habes itaq; maximum inter sacerdotem & sacerdotium Laycum, & hierarchicum discrimen. Peccăt igitur Lutherani decepti per æquiuocationis sophisma.*

De secundo similiter dicatur. De scđo.

¶ *Torquent hunc locum hæretici, nam etiam si om-* De tertio. *nes sumus, unum corpus in Christo, quomodo tam stupide infert, ergo omnes sumus sacerdotes, ac si diceret, ergo omnes sumus manus, autem omnes sumus pedes, cum etiam in ipsis membris sit differentia? quare cum unitate corporis stat membrorum differentia.*

¶ *Fatemur omnes Christianos etiam Laycos, posse*

offerre oblationes spiritales, & ita posse esse sacerdotes mysticos, erigentes se altare affectus in deum, sed non ē consectarium, propterea eos esse sacerdotes externos.

DE CONFESSIONE.
Caput octauum.

Confessionem esse necessariam pro sacramento pœnitentię, ipsamq; iure diuino præceptam.

Matth. 16 ¶ Christus dixit Petro. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatū in cœlis, & quodcunq; solueris super terram, erit & solutum in cœlis. Hæ autem claues sunt duę scientię, scilicet & potestatis. Clauis scientię est facultas discernendi inter lepram, & lepram. Item inter lepram, & non lepram. i. inter peccatum & peccatum, & inter peccatum & non peccatum. Clauis uero potestatis est facultas soluendi & ligandi. Nam post causæ cognitionem in foro iudicii pœnitentialis inter confessorem & confitentem, quod fit per clauem sciētię, restat diffinire, seu sententiam negocio ferre, quod est soluere uel ligare. et hoc fit per clauem potestatis. Negare igitur confessionem esse præceptam à Christo est negare potestatem clauium traditam à Christo, quod est manifestæ contra Christi euangelium.

Ioan. 20. ¶ Insufflauit in eos dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ex huius authoritatis ultima parte, iterū liquet confessionem esse iuris diuini,

utpote

utpote hoc loco à Christo deo præceptum. Nam retinere peccata nihil est aliud q̃ non remittere. Sensus igitur uerborum Christi est, quorum sacerdos peccata retinuerit, id est non remiserit, retenta .i. non remissa sunt in cœlis. Cum ergo quilibet teneatur iure diuino se exuere à peccatis sequitur manifestè, quod præcepto dei quisq; obligatur sacerdotibus sua peccata confiteri.

¶ Gemina potestas absoluendi & remittendi, qua uti deberet, nesciret sacerdos, nisi detegeret ei crimina. Ideo præmisit, accipite spiritum sanctum, ac si dixisset directione spũs sctĩ cõfitẽti pctã soluatis, aut retineatis.

¶ Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini.

¶ Iacobus ut dei preco, annuntiauit hominibus præceptum dei de confitendis peccatis, & intelligitur cum præcisione. Nisi confiteamini, nõ saluabimini: est igitur confessio iure diuino præcepta, uerũ q; in paschate singulis annis fiat, iure humano seu ecclesiastico præceptum est. Ecclesiæ enim reliquit Christus sua præcepta, rectore spũs san. ad certum tempus determinanda. Iaco. 5. Hu. de sancto uict. li. ij. de sacramentis.

¶ Habetur insuper præfigurata confessio, & facta apostolis. Homines baptizabantur à Ioanne in Iordane, confitentes peccata sua. Matth. 3.

¶ Christus leproso mundato dixit, Vade ostende te sacerdotibus, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. Matth. 8.

¶ Decem uiris leprosis dixit, Ite ostẽdite uos sacerdotibus, qui quãuis nõ essent noui testamenti sacerdotes, in eis tñ noui testamenti sacerdotium figurabatur. Lucæ, 17

Ioan. 11. ¶ Lazaro suscitato, dixit apostolis, Soluite eum, & sinite abire.

Actu. 19. ¶ Multi credentium ueniebant, confitentes & annunciantes actus suos.

Eccle. 5. ¶ De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum.

¶ Et qđ hæc planè accipiant de confessione liquet, quia praxis ecclesiæ optime interpretatur scripturas.

1. Ioan. 1. ¶ Si confiteamur peccata nostra, fidelis ē & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Prou. 18. ¶ Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem ea confessus fuerit, misericordiam consequetur.

in Episto. ¶ Dionysius ad Demophilum, increpat eum, quod peccatorem procidentem sacerdoti, contra disciplinę ordinem astans abiecerit, cum ille uerecundę fateretur se ad peccatorum remedia quærenda uenisse.

sup. psa. 15 ¶ Origenes. Tantummodo circunspice diligentius, cui debes confiteri peccatum tuum, proba prius medicū cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante &c. ut ita demum, si quid ille dixerit, si quid consilij dederit, facias & sequaris, infra.

¶ Si præuiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione, & satis perito medici illius consilio procurandum est.

¶ Hæc omnia auricularem probant confessionem.

Basilius. ¶ Basilius de institutione monachorum, necessariū,

uidetur ijs quibus dispensatio mysteriorum cōmittitur, confitenda esse peccata. Hierony. aduersus Montanum dicit hanc Montanorum fuisse heresim, ut erubescant confiteri peccata.

¶ Hierony. Si quem serpens diabolus occulte mo- mordérit, & nullo conscio eum peccati ueneno infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus suum fratri & magistro uoluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum facile ei prodesse non poterit. Hierony.

¶ Si enim erubescat ęgrotus, uulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat.

Obijciunt Hæretici.

¶ Ioannes. xx. nihil precipitur de confessione, sed solum sacerdotibus, ut absoluant. 1

¶ Iacobi. v. loquitur de confessione fraterna, nā non dicit confitemini sacerdoti, sed alterutrum. 2

¶ Adultere non dixit. Vade & confitere sacerdoti, sed uade et noli amplius peccare, ita de Magdalena. 3

¶ Ambrosius inquit. Petri lachrymas lego, cōfessionem non lego. In tripartita historia traditur abrogatā confessionem sub Nectario Constantinopolitano.

Respondent Catholici.

¶ Cum Ioan. xx. maxima illa potestas noscatur sacerdotibus tradita, magisterio spiritussancti didicit ecclesia usum illius potestatis ab ipsis apostolo. Et ut Bernar. inquit, sufficiebat ostendere infirmo medicum, qui si uult sanus fieri, inquiret medicum. De prio.

¶ Verum est. s. Iacobum non cum præcisione deter De scdo.

minasse, cui sit confitendum, quia iam Christus expressserat absoluentes peccatores, ideo sufficiebat Iacobo exprimere illud quod erat, necessarium ad absolutionem, scilicet confessionem, non speciatim indicans iudicem.

De tertio. ¶ Nondum erat potestas illa absoluendi in ecclesia, ideo cũ confessio non esset instituta. Adultera, Magdalena, ad confessionem non tenebantur.

¶ Porrò ea quæ fiebant speciali priuilegio, nõ sunt trahenda in consequentiam per communem theoricam.

De quarto ¶ Similiter respondetur, licet argumentum à non legitur, etiam à pueris rideatur.

De quinto ¶ Loquitur de confessione pœnitentię solemnis, non priuata peccatorum confessione. Vide latius de confessione librum nostrum.

DE EVCHARISTIA SVB utraq; specie. Cap. ix.

Sufficere Laycis alteram speciem ostenditur.

HIc est panis qui de cœlo descendit, ut si quis mãducauerit ex eo non moriatur. Panis uerus est,

Ioan. 6. qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mũdi uita. Ecce solius panis meminit. Euntibus discip. duobus in Emaus, sub sola spe-

Luc. 24. cię panis dedit eis Christus sacramentum, secundũ Augu. li. iij. de cõsensu euãgelistarũ, et Chryso. sup Matth.

Matth. 6. ¶ Panem nostrum super substantialem da nobis ho

die, oramus quotidie.

¶ Erant perseuerantes in doctrina apostolorum, et communicatione fractionis panis & orationibus. Actu. 2.

¶ Pascha nostrum imolatus est Christus, itaq; epulemur in azimis syncæritatis & ueritatis. 1. Cor. 5.

¶ Patet quod ubiq; solum fit mentio panis, nulla uini. Ambro. Hierony. Eusebi. Benedi. morituri communicauerunt solum sub specię panis, & feria. vi. sanctu sacerdotes communicant solum sub specię panis, in cuius figuram dominus prædixit de posteris Hely. ut quicũque uenerit ad sacerdotem, ei dicat, dimitte me, obsecro ad unã partẽ sacerdotalẽ ut cõmedã bucellam panis.

¶ Vnus panis, unum corpus, multi sumus, oẽs qui ex eodem pane participamus. Et ita constituit sacra constãtiensis synodus. Ambro. loquens de communione Laycorum lib. de sacramentis non meminit nisi panis. Ignatius in epistola ad Ephe. inquit. Obedientes episcopo, & præsbytero in preuaricabili sensu, frangentes panẽ, qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, sed uiuendi. Ecce non meminit uini. Gregori. lib. iij. Dialogi refert de. s. Agapito quomodo mutum, & claudum porrectione dominici corporis sanauit nulla habita uini mentione. 1. Regu. 2 1. Cor. 10 Ambrosi. Gregori.

¶ Concilium Remense prohibet, ne Layci portent sacramentum corporis ad infirmos, nulla, fit mentio specierum uini. De cõs. d. 2. ca. puẽ. cano. presbyt.

¶ Sic præcipitur de Eucharistia panis, ut sacerdos semper habeat paratum, de uino nihil precipitur. Et est concilij Guarmatiensis.

Epūs cor= dubeņ. ¶ In concilio Sardicensi Osius prohibet quibusdā temerarijs, ut ne laycam communionem percipiant, nisi pœniteant in fine, & quæ est layca communio, nisi Eucharistię sub specie panis sumptio? Simile constituitur

1. distin. si epūs. in concilio Agathensi, de sacerdote criminoso, qui trusus in monasterium Laycam tantum sumat cōionem.

Obijciunt Hæretici primo.

¶ Christus instituit sub utraq; specie, & communicauit apostolos sub utraq; specie, & mandatum dedit omnibus, dicens, bibite ex hoc omnes.

2 ¶ In primitiua ecclesia communicabant sub utraq; specie, sicut probatur per Cyprianum tractatu de lap. ubi diaconus sacramentum calicis puelle infudit.

3 ¶ Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis.

4 ¶ Sacramentum totum debet dari Laycis, alioquin qua ratione priuati sunt iam Layci calice, eadem ratione ecclesia posset eos ab Eucharistia cohercere.

5 ¶ Omnes fatentur sacerdotem sub pœna peccati debere communicare sub utraq; specie, & cur non peccāt Layci id omittentes.

Respondent Catholici.

De primo ¶ Christum consecrantem instituisse sacramentum sub utraq; specie, et dedisse apostolis sub utraq; specie, qui iam erant sacerdotes, ideo hodie sacerdos celebrās sumit sub utraq; specie, sed quid hæc ad Laycos. Et bibite omnes, est dictum apostolis & sacerdotibus, qui hoc faciunt. i. consecrant in Christi commemorationem, nam alij non interfuerant nisi apostoli, ut ex euangelio

liquet, idem Marcus ait, & biberunt ex eo omnes, qđ de Laycis falsum esset. Marc. 14.

¶ *Fatemur hunc usum fuisse in primitiua ecclesia, nec tamen uniuersalis fuit usus, ut patet ex* Actu. ij. *at ab ecclesia mutatum.* Primo *quia pensata multitudine populi, ubi sunt senes, iuuenes, debiles, si non adhiberet debitam cautionem. fieret iniuria sacramento, per effusionem liquidi. Secundo in tanta multitudine, quo uase commode contineretur sacramentum uini, & sine effusione promeretur.* De scđo.

¶ Tertio. N*on facile sacramentum uini conseruari posset pro infirmis, quia acessit, putrescit, mouens nauseam, uel uomitum sumentibus. quarto sine periculo effusionis non facile posset deferri, de loco in locũ, pro infirmis.* Quinto. C*ontingeret alioquin, sacramento dignissimo, summam fieri irreuerentiam.* Sexto. R*em miraculis testatam refert* Alexan. de Ales, *quod cum religiosi instarent pro sumptione sub utraq; specie, dum sacerdos esset in actione sacramenti, apparuit patena plena sanguine, qđ uidentes religiosi obstupuerũt, quo signo petitio eorum cessauit.* Porrò *credendum est à primitiua ecclesia incepisse* Laycos *communicare sub altera specie, & quod sit unum, quod ueniat ex traditione apostoloꝝ, quia initiũ huius mõstrare nemo põt.*

¶ Q*uia manducatio sacramentalis exigit spiritalẽ, uerba quæ ego locutus sum spiritus, & uita sunt, unde sub qualibet specie est totus* Christus, *corpore & sanguine:* Ideo Laycus *sub specie panis, bibit etiam sanguinem, sed non sub specie propria, sed sub specie pa-* De tertio. Ioan. 6.

nis. Porrò Christus solum agit de incorporatione nostra in ipsum, quod cõmunio corporis satis indicat, ideo ad hoc sacramentum, hic oculus nõ est habendus.

¶ Quod ex causa ecclesia non dat alteram speciẽ, potuit ecclesia, quia non minus est sub utraque specie, q̃ duabus, & tantum fructum percipit de una specie, sicut de alia, at eeclesia fideles non debet spoliare fructu sacramenti ex integro.

De quarto ¶ Consecrans utrãque speciem consecrat, quia agitur representatio dominicæ passionis, ideo corpus & sanguis simul sub utraque specie consecrantur, & sacerdos in persona totius populi, offert & sumit sub utraque specie, in cuius persona totus populus quadã spirituali sumptione sanguinem Christi bibere, gaudẽter debet credere.

DE MATRIMONIO. CAP. X.

Matrimonium esse sacramentum ostenditur.

Ephe. 5. MVlieres uiris suis subditæ sint, sicut dño, quoniam uir est caput mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corpis eius, infra, propter

ibidem. hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhęrebit uxori suę, & erunt duo in carne una, sacramentũ hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Hic aperte pronunciat sacramentum, quia coniunctionem uiri & uxoris, & ostendit, cuius rei sac rę sit signum, quia Christi & ecclesiæ. Et ne credas solũ per

similitudinem adductum, ostendit uerum esse sacramē-tum à primo propheta pronunciatum. Honorabile *con-* Hæbr.13.
nubium in omnibus, thorus immaculatus. Macula *non carereT thorus, si non esset gratia sacramenti.*

¶ Saluabitur *autem per filiorum generationem, si* 1.Tim. 3.
manserit in fide & dilectione. Sine gratia generare filios esset plus damnatio, quàm saluatio.

¶ *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc* 1.Cor.7.
consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier fidelis uirum habet infidelem, & hic consen tit habitare cum illa, non dimittat illũ, sanctificatus, est enim uir infidelis, ꝑ mulierē fidelē, alioquin filij uestri immundi essent, nunc aũt sancti. s. per sacramentum.

¶ Probabile *est benedictionem, q̃ dedit deus* Ade, Gene.2.
& E *ue, non fuisse sine gratia,* Aug. N *õ tm̃ fœcunditas,* Augusti.
cuius fructus in prole est, nec tm̃ pudicitia, cuius uincu lũ est fides, ue℞ ẽt sacramentum nuptia℞ cõmēdat fidelibus. *Obijciunt hæretici.*

¶ Ad Ephe. v. *ubi apostolus dicit matrimonium sa-* 1
cramentum, in Græco legitur mysterium. N *ec dicit ab-* 2
solute matrimonium esse sacramentum magnum, sed in Christo *& ecclesia.* *Respondet* Christianus.

¶ *Fatemur matrimonium esse mysterium, sed qua* De prio.
temeritate infert. Itaq; non est sacramentum, cum omnia sacramenta sint mysteria, & Græci appellant sacramenta in communi mysteria.

¶ *Matrimoniũ est magnum sacramentum in* Chri- De scd̃o.
sto & ecclesia, at per hoc non poterit probare hæreticus, ut sic minus sit sacramētum, nam hic explicat apo-

stolus, quomodo sit rei sacrę signum, non solum gratiæ, sed etiam unionis Christi *& ecclesiæ.*

DE EXTREMA VNCTIONE. CAP. XI.

¶ Vnctio extrema sacramentum est in ecclesia dei à .s. Iacobo promulgatum.

Iacobi. 5. *INfirmatur quis in uobis inducat præsbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit remittetur ei.*

Marc. 6. *Apostoli ungebant oleo multos ægros, & sanabantur.* Hic est *materia .s. unctio olei .s. oliue, quod proprie oleum dicitur.* Alij *enim liquores ex similitudine ad ipsum olei nomen accipiunt forma, quia cum oratione, & effectus, scilicet remissio peccatorum.* Est *ergo sacramentũ quia signum sensibile, sacrę rei signum.* Nam *ad quid aliud fieret unctio?* Dionysius *determinat eã ca. vij. de*

Diony. *ecclesiastica* Hierarchia, *&* Hugo *de .s.* Victore.

Augu. *¶* Augu. *lib. ij. de uisitatione infirmorum, docet infirmum debere confiteri, communicare & unctionem sumere, ait enim.* Nec *prætermittendum est illud apostoli Iacobi præceptum.* Infirmatur *quis in uobis &c.* Ergo *sic roges de te & pro te fieri sicut dixit apostolus* Iacobus, *imo per apostolum suum dominus.* Ipsa *uidelicet olei sacrati delibutio, intelligitur spiritussancti typica unctio.*

Augusti. *¶* Augusti. *de rectitudine catholicæ conuersationis*

D. Qui ægrotat in sola dei misericordia confidat; & Eucharistiā cū fide & deuotione accipiat, oleūq; benedictū fideliter ab ecclesia petat, unde corpus suū ungat.

Obijcit Hæreticus.

1 ¶ Apostolus non potest sacramentum instituere.
2 ¶ Porrò dubitat de authoritate illius epistolæ.

Respondet Catholicus.

¶ Non uidet absonum apostolū authoritate Christi et iussu spiritussancti instituere sacramentū. At si et Christus illud instituit, tamen Iacobus promulgauit. De prio.

¶ Et si aliquando dubitatum fuerit de illa epistola, an ab alio fuerit præscripta, q̄ Iacobo, tamen canonicā obtinuit authoritatem Hierony. teste, & prima ponitur in canonicis ante Petri, Ioan. & Iudæ epistolas. Quod si ecclesiam non audis hanc epistolam approbantem, iā omnia erunt incerta, quia huiusmodi temerarius, etiam negaret epistolas Pauli. De scdo.

DE HVMANIS CONSTITVTIONIBUS. Cap. xij. Probans axiomata duo.

Axioma primum.

Humana constitutio Conciliorū & Pontificū seruāda.

Vi uos audit me audit, & qui uos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Luce. 10.

* Ex hac authoritate luce clarius liquet, quod Christū & eius euangelium spernit, qui ecclesiæ prælatos &

ecclesiasticas constitutiones contemnit. Hinc apostolus
1. Thes. 4. Thessalo. scribens ait. Satis quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum Christum, & post. Itaque qui hæc spernit non hominem spernit, sed deum qui etiam
Exod. 16. dedit spiritum sanctum in nobis. Vnde Moses contra se & Aaron murmuranti populo dixit. Audiui murmur uestrum contra dominum. Et paucis interiectis uerbis, addidit. Nos. n. quid sumus? Nec contra nos est murmur
1. Ioan. 4. uestrũ, sed contra dñm. Ita ex opposito, qui ecclesiasticis morẽ gerit rectoribus, & ipsi deo obedit, iuxta illud dictum. Qui nouit deũ audit nos, qui nõ est ex deo, nõ audit nos. Per hoc cognoscimus spũm ueritatis & erroris. Cõstitutiones igit ecclesiasticæ nõ sunt tm̃ humanæ leges, sed etiã diuinę, tum quia authoritate diuina à patribus constitutę, tum quia secundum scripturas diuinas, tum quia ad diuinum honorem, ecclesiæ dignitatem et decus, diuinæ q; legis faciliorem impletionem & animarum salutem. Vnde ligant in foro conscientiæ, ita ut earum contemptores & transgressores obnoxios faciant æternę damnationis, iuxta illud apostoli. Omnes anima
Roma. 13 potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ enim est potestas nisi à deo. Quæ autẽ sunt à deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Idẽ intellige de legibus siue cõstitutionibus ciuilibus iustis.
Titum. 3. Admone illos principibus & potestatibus subditos eẽ
1. Petri. 2. dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Subiecti estote omni creaturę, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanq̃ ab eo missis, & post serui subditi esto

te in omni timore dominis non tantum bonis & mode stis, sed etiam discolis, quoniam sic est uoluntas dei.

¶ State & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Iubet Paulus seruari traditiones non scriptas. 2. Thes. 2

¶ Posse homines statuere, indicant apostoli prohibentes ab immolatis idolorum, sanguine, & suffocato, indicat Paulus, qui tot leges dedit de consti. episcopis, de uiduis, de mulieribus uelãdis, ut non prædicent mulieres, de non deserendo coniũge infideli. Et Paulus homo fuit. Actuum. xiiij. Imo semper licuit sacerdotibus, & præsbyteris statuere. Actu. 15. Actu. 14.

¶ Deutro. xij. prohibet dominus ne erigatur altare, nisi ubi sit archa fœderis, tamen Samuel existente templo in Sylo, erexit lapidem in Masphat. Et Helias erexit in monte Carmelo. Deutro. xvij. Si iudicium ambiguum fuerit, supra loco. i. Deutr. 12. 1. Reg. 7. 3. Reg. 18 Deut. 17.

¶ Supra cathedram Moysi sederunt scribæ et pharisei, quæ dicunt facite. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Math. 2. Math. 17. Philip. 3.

¶ Quicunq; perfecti sumus hoc sentiamus, & si q̃d aliter sapitis, & hoc uobis reuelabit deus. Ecce quod ecclesia statuit in honorem dei, hoc deo reuelante facit.

¶ Laudo uos fratres quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis præcepta mea tenetis, non autem tradidit eis omnia in scriptis, ut supra, & huiusmodi præcepta tradita in primitiua ecclesia, scripta et non scripta, testatur Diony. i. de ecclesiasti. hirarchia. 1. Cor. 11.

¶ Axioma. ij. ecclesiasticæ consuetudines ritus, &

ceremoniæ, æque sunt obseruandæ, atque leges diuinæ: Manifestatur primo à simili.

ff. de leg. l. diurna. & l. imo. I. Cor. 11. ¶ Consuetudo in ciuilibus habet uim legis, cur non in usibus ecclesiæ? quia consuetudo ecclesiæ, ualet contra contentiosos. Si quis uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Super quo ait Hiero. Apostolum cum præcepisset mulierem orare uelato capite, præuenit obiectionẽ, qua quispiã ei dixisset, ubi scriptum est? per hoc qd allegat consuetudinem, Venient in nouissimis temporibus illusores iuxta proprias concupiscẽtias ambulantes: hoc faciunt hæretici, qui non secundum statuta patrum uiuunt, sed secundum propria desideria. Hæretici sunt Chamitæ deridentes nuditatem matris ecclesiæ, quia sine expresso textu scripturæ præcipiat.

2. Pet. 3.

Philip. 4. ¶ Fratres quæcunque sunt uera, quæcunque pudica, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famę, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hęc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, huiusmodi autem sunt constitutiones ecclesiæ, quare sunt seruandę.

Actu. 16. ¶ Cum pertransirent Paulus Silas, & Timotheus ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. Pondera decreta, quod non erat solum decretum de cessatione legalium.

¶ Christus non solum dedit potestatem plantandi ecclesiam per prædicationem, sed etiam regendi et gubernandi, modo illa includit potestatem faciendi statu-

ta pro salutari regimine, sine quibus hic non uiuit &c.

¶ Attendite igitur uobis & uniuerso gregi, in quo nos spūs sanctus posuit episcopos, regere ecclesiā dei. Actu. 20.

¶ Policarpus ad Philippen. Subiecti estote presbyteris & diaconis, sicut deo & Christo. Hierony. ad Lucinium. Traditiones ecclesiastice obseruande sunt, ut à maioribus tradite sunt, unaquæq; prouincia sensu suo abūdet, et precepta maiorū, leges apostolicas arbitret. Policarp. Hierony.

¶ Extant multi canones in decretis super illa re ex uerbis beati Augusti. c. ecclesiasticarum. c. in his. c. catholica. cum similibus distin. xi. Augu.

¶ Obedite præpositis uestris & subiacete eis, ipsi enim reddituri sunt rationem pro animabus uestris. Hebre. 13

¶ Omnia secundum ordinem fiant in uobis, ordo autem requirit legem. I. Cor. 14.

¶ Paulus multas leges dedit preter euangelium, de eligendo episcopo, de uiduis, de mulieribus uelandis, ut taceant in ecclesia &c. etiam de rebus prophanis ad Thessal. & secularibus iudicijs ad Corinthios. Ad Titū Ad Timo. I. Theß. 4 I. Cor. 6.

Obijciunt Hæretici.

1 ¶ Frustra me colunt docentes doctrinas & præcepta hominum. Mar. 7.

2 ¶ Non addetis ad uerbum quod loquor uobis, nec au feretis ex eo. Deu. 4. 12

3 ¶ Empti estis precio, nolite fieri serui hominum. I. Cor. 7.

4 ¶ Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Galath. 5.

5 ¶ Iusto non est lex posita. I. Tim. 1.

6 ¶ Lex iram operatur. Roma. 4.

¶ Vbi spiritus domini ibi libertas. ij. Corin. iij. ad Galat. 4.

Galat. iiij. qua libertate Christus non liberauit.

Respondent Catholici.

De primo ¶ *Christum non improbasse traditiones hominum*
Marc. 7. *simpliciter, sed quas faciebant contrarias legi diuinæ, aut relinquebant legem diuinam, quia ubi supra sequitur. Relinquentes enim mādata dei, tenetis traditiones hominum & dicebat illis. Bene irritum fecistis præceptum dei, ut traditionem uestram seruetis. Sicut ibi declarat & apud Mattheum.* Explicat Paulus. *Non intendentes mandatis hominum auersantium ueritatem.*
Math. 15
ad Titū. 1
Hinc ue æternę damnationis comminatur dominus condentibus huiusmodi traditiones. Ve inquit qui condūt
Esa. 10.
leges iniquas, & scribentes iniustitias, scripserunt, ut opprimerent in iuditio pauperes, & uim facerent causę humilium populi mei, ut essent uiduę prędę eorum, & pupillos deciperent &c.

¶ *Constitutiones uero ecclesiæ, augent cultum diuinum, concupiscentiam carnis cohercent, & ad seruanda diuina præcepta expeditiorem faciunt, ac fraternā charitatem augent.*

De scđo ¶ *Nihil addendum est scripturæ, quod corrumpat, aut deprauet ipsam, aut quod dicatur esse de integritate sacrę scripturę, secus quando promouet ea quę in sacris literis sunt mandata uel consulta, nam constitutiones ecclesiæ, si non sunt in scriptura in propria forma, tamen emanant ex ea. Acutius soluitur quod ibi probibentur, Tikun Zofrim & illam solutionem credo ueram, uide in Procheto & Galatino.*

De tertio. ¶ *Non debēt fieri serui hominum, faciendo Chrysmata, ut*

mata, ut unus sit Cephe, alter Apollo.

¶ *Qui aguntur perfecte spiritu, non sunt sub lege Mosayca, aut cohercius, egent tamen lege directiua: sicut Adam habuit legem in paradiso.* De quarto

¶ *Iusto perfecta charitate, qui totus regitur spiritu diuino, non est lex posita, pro ea parte, qua est iustus, sed quia caro concupiscit aduersus spiritum, pro ea parte habet legem reformantem. Vel dic, ut de quarto.* De quĩto. Galath. 5.

¶ *Lex Mosayca iram operatur, si non adiuuamur à gratia; gratia autem & ueritas per Iesum Christum.* De sexto.

¶ *Libertas euangelica sicut non excludit potestatẽ & obedientiã superioris, ita nec eius statuta, sed libertas illa opponitur seruituti legis Mosayce, seruituti peccatis: Ideo est solum libertas in spiritu, quia non seruit peccatis, & quia ipsa libertas promouet bonum, nõ excludit constitutiones & ecclesiæ præcepta, quæ similiter promouent bonum, testatur Paulus. Vos in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Et Petrus, quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitie libertatem, sed sicut serui dei.* De septio Roma. 13 Galat. 5. 1. Petri. 2.

¶ *Idem. Qui in errore cõuersati libertatem illis pro mittentes, cum ipsi serui sint corruptionis.*

¶ *Hoc beati Petri uerbum impletum uidemus in priapistis Lutheranis, oĩs spurtitiẹ & immũditiẹ seruis.*

¶ *Hanc inopiam & diabolicam seruitutem, libertatem euangelicam mentientes.*

¶ *Porrò in sacris literis sæpe commendatur libertas ab onerosa illa lege Mosayca. Paulus. Non estis sub*

lege, sed sub gratia infra.

Ro.6.7. ¶ Lex in homine dominatur quanto tempore uiuit, itaque fratres mortificati estis legi per corpus Christi. Nó iustificatur homo ex operibus legis, lex pedagogus noster fuit in Christo Iesu. Et quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.

¶ State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Si circuncidimini Christus nihil uobis proderit.

Galat. 4. ¶ Ideo ablatæ sunt neomeniæ sabbata, baptismata &c. Quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa: quibus denuo seruire uultis, dies obseruatis & menses & tempora & annos.

Ephe. 2. ¶ Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias carne sua legem mandatorum decretis euacuans.

Coloss. 2. ¶ Nemo uos iudicet ĩ ullo cibo aut potu, aut in parte diei festi aut neomeniæ, aut sabbatorũ quæ sunt umbra futurorum: idem in epi. ad Hebr. & Actu. xv.

Ro. 6. 7. & 8. Galat. 4. Ioan. 8. ¶ Est igitur Christiana seu euangelica libertas non aliud q̃ (ut Paulo placet) redemptio seu absolutio à seruitute legis, & peccati per Iesum Christum facta, qua addicti deo, & iustitiæ, filiorum adoptionem recipimus. De hac libertate saluator dixit Iudæis. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Vide ibidem Augusti.

DE FESTIS ET IEIVNIIS. Non esu carniũ & gradibus consanguinitatis. Cap. xiij.

Prima propositio de obseruatione festorum.

¶ *Vnum diem in septimana deo consecratum, est omnibus obuium.*

I*N lege Moysi adhuc instituit deus alia festa, Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, Azimorum primitiuorum & frugum.* Exod. 13.

¶ *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo, scilicet Pasche, Pentecoste, & Schenaphagiorum.* ibidem.

¶ *Habes hoc loco Iudæorum peregrinationem, & ex ea, & in ea fundatā peregrinationē Christianorū.*

¶ *Mense septimo, prima dies mensis erit uobis sabbatum memoriale clangentibus tubis & uocabitur sanctum, infra. Decimo die mensis huius septimi dies expiationū erit celeberrimus, & uocabitur sanctus, infra. A' quinto decimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus.* Leuiti. 23

¶ *In Calendis autem, id est mensium exordijs, offeretis holocaustum domino.* Nume. 28

¶ *Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo.* 1. Mar. 4.

¶ *Expende Encænia à Machabeo instituta, tamen à Christo obseruata.* Ioan. 10.

¶ *Colligamus festos dies Iudæorum præter sabbata, septem dies Azimorum Pasche, unum Pentecostes, unum tubarū, unum expiationis (qui erat in capite anni) septem tabernaculorum seu Schenophagia, septem Encæniorū seu luminum, aut dedicationis. Neomenias seu lunationes habebant dies. xij. in Embolismali. xiij. collecti dies faciunt. xxxv. ubi tantum tria sabbata in-*

tercurrunt. Cum autem maiora receperimus beneficia
Gene. 2. à deo per euangelium, q̃ Iudæi sub lege, cur non plu=
Exo. 20. res etiam dies agendi gratias habemus? Sabbatum est
Num. 15. multipliciter à deo præceptum, nec in euangelio, nec in
Paulo definitũ est cessasse sabbatum; attamen ecclesia
instituit diem dominicum, per traditiones apostolorum
Apoc. 1. sine scriptura. Dominicæ diei meminit Ioannes dicens.
Ignatius. Fui in spiritu in dominica die. Meminit & eiusdem
Hierony. diei suus discipulus, Igna. ad Philip. in fine. Hierony.
de dominica paschę, Vniuersa sabbati gratia, & anti=
qua illa festiuitas Iudæorum diei istius, solennitate mu
d. 12. q. 10 tata est. Mutatum est autem sabbatum, quod signifi=
3. a. 3. 4. cat primam creationem in diem dominicum in quo cõ=
memorat, noua creatura inchoata in resurrect. Christi.
Augusti. ¶ Festum diem. S. Laurentij celebrant Hypone. tra
ctu. xxvij. supra Ioan. euangelistam.

¶ Augustinus contra Faustum lib. xix. Cum quæ=
ris sabbati otium cur non obseruat Christianus? Respõ
deo. Imo id propterea non obseruat Christianus, quia
quod figura profitebatur, iam Christus impleuit, plura
de his Tertul. Cypria. Ambro. Grego. ad Romanos.
Propo. 2. ¶ De ciborum delectu, secunda propositio.
Actu. 15. ¶ Ecclesia licite prohibet certos cibos, certo tempo
Roma. 14 re. Abstineatis uos ab imolatis simulacrorum & sangui
ne, & suffocato.

¶ Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis
sunt inuicem custodiamus, noli propter escam destrue=
re opus dei, omnia quidem munda sunt, sed malum est
homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est nõ

manducare carnem, & non bibere uinũ, neq; in quo fra ter tuus offenditur, aut infirmatur, aut scandalizatur.

¶ Si esca scandalizat fratrem meum, non manduca bo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. 1. Cor. 8.

¶ Caro & uinum non introierunt in os meum.

¶ Leo Papa. iiii. dixit. Vetustissimam esse consue tudinẽ abstinendi à carnibus. iiij. & . vi. feriis. Et ex Hie rony. colligitur super episto. ad Galat. & Ignatius te statur sancti Ioannis euangelistę discipulus. Danie. 10 Philip. 4.

De ieiuniorum ratione, tertia propositio.

¶ De ieiunio idem liquet rem esse sanctum propter corporis macerationem, spiritus pertinacis expulsionem diuinę gratię ĩplorationẽ, et christi ieiunãtis imitationẽ.

¶ Genua mea infirmata sunt à ieiunio, et caro mea immutata est propter oleum. Psal. 108

¶ Nunquid possunt filij sponsi lugere, q̃diu cum il lis est sponsus? Matth. 9.

¶ Venient autem dies, cum auferetur ab eis spon sus, & tunc ieiunabunt. Illud opere impleuerunt apo stoli. Ministrantibus illis domino & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus. Lucę. 5. Actu. 13.

¶ Cum constituissent illi super singulas ecclesias, presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commen dauerunt eos domino. Actu. 14.

¶ In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs. 2. Cor. 6.

¶ Niniuitæ indixerunt ieiunium. Ionæ. 3.

¶ Tu cum ieiunas unge caput tuum, & faciem tuã laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui Matth. 6.

est in abscondito, & pater tuus, qui est in abscondito, reddet tibi. Ecce ieiunium meritorum.

Idem de quadragesima.

Matth. 4. ¶ Cum ieiunasset Iesus.xl.diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriyt.

Deutr. 9. ¶ Moyses ieiunauit.xl.diebus, &.xl.noctibus.

3.Re.19. ¶ Similiter Helias totidem diebus ieiunauit.

Ioel.2. ¶ Sanctificate ieiunium. Humiliabam in ieiunio

Psal. 54. animam meam.

Num.30. ¶ Si uouerit mulier, ut per ieiunium affligat animam suam, in arbitrio uiri erit. si faciat siue non faciat. Si audiens uir tacuerit, & in alterum diem distulerit sententiam, quicquid uouerat, atque promiserat reddat.

Thob.12. ¶ Sacra scriptura ubique testatur ieiunium deo fore

Luca.2. acceptum, in Achab, Thobia, Iudith, Hester, Daniele, Niniuitis, Anna uidua.

¶ Ignatius ad Philip. quadragesimam uero nolite pro nihilo habere, imitationẽ.n.cõtinet cõuersatiõis dei

Sermẽ.4. ¶ Confirmauit Thelesphorus Papa uicinus tempo

& sequẽ. ribus apostolorum.

¶ Item Ambr. in multis sermonibus. Concilia item Agathense & Aurelianen. Origenes homi.x.super Leui. Habemus dies quadragesime ieiuniis consecratos. Hiero. aduersus Montanum. Nos quadragesimam, secundum traditionem apostolorum, toto anno ieiunamus.

Hireneus. ¶ Valentiani hæretici omni tempore carnes libere commedendas dixerunt Hireneus lib.i.ca.i.

¶ Chrisosto. meminit de ieiuniis monachorum, &

Homi.59. quomodo dicant gratias.

* Origenes habemus quadragesime dies ieiunijs conse Homil.10
cratos habemus quartum & sextum septimanę, dies qui sup. leuit.
bus solenniter celebramus. Est certe libertas Christia=
na, per omne tempus ieiunandi, non obseruantię super=
stitione, sed uirtute. Nam quomodo apud eos castitas in Matth.15
corrupta seruatur, nisi arctioribus continentie fulta sub=
sidijs? Quomodo sapientię & scientię student? Nonne
per continentiam uentris & gutturis? Quomodo quis
seipsum castrat propter regnum cœlorum, nisi ciborũ,
affluentiam resecet? nisi abstinentia utatis ministrat.
Hæc ergo Christianis ieiunandi ratio est. Hæc ille, ita
ad uerbum.

¶ Maximus episcopus. Sacrarum literarum exem=
pla protulimus, quibus approbimus hunc quadragena
rium numerum, non esse ab hominibus constitutum, sed
diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatũ,
sed cœlesti maiestate præceptum. Et Paulo post sub= 1.Thes.4
nectit. Hæc autem non tam sacerdotum præcepta, quã
dei sunt. Atq; ideo, qui ea spernit, non sacerdotem sper
nit, sed Christum qui in suo, loquitur sacerdote.

¶ Ambro. ser. de ieiunio. Vt sciamus inquit nõ esse dist.35.c.
nouellum ieiunium, primam illic (.s. in paradiso) legem Sexto die
constituit (.s. primis præsentibus) de ieiunio, &c. Gre=
go. Augu. & oẽs quotquot fuere doctores catholici. Ita
senserunt & docuerunt de ieiunijs obseruandis.

Quarta propositio de gradibus consanguinitatis.

¶ Gradus consanguinitatis impediũt matrimoniũ.
Grego. episcopis Gallie, progeniem suam, unumquẽq;,
usq; ad septimam obseruare decernimus generationem,

7. ¶ Libertas christiana nõ patiť hęc onera seruitutis.

Respondent Catholici.

¶ Nihil hic dicere Christum de ieiunio, sed tollere errorem Iudæorum, qui credebant cibos non lotis manibus tactos fieri immundos, & comedentem hunc cibũ fieri immundum, ut liquet ex Matth. & Marco, hanc stultitiam reijcit Christus, cibos illotis manibus tactos, non inquinare comedentes. Alioquin comedens suffocatum tempore apostolorum, aut uenenum scienter, non fuisset coinquinatus. De primo Marc. 7.

✱ Aduerte igitur, ꝙ cibus intrans in os, quia in uentrẽ uadit, & in secessum emittitur non coinquinat hominẽ. Sed homo ipse contra dei, & ecclesiæ prohibitionem, aut etiam ecclesiæ consuetudinem sumens cibũ seipsum coinquinat. Hoc enim procedit ex malo corde. i. ex contemptu dei, & ecclesiæ in suis præceptis, quod utiꝗ hominem in conscientia haud parum coinquinat. Patet hoc in primis parentibus, ubi cibus, non quia cibus, sed quia prohibitus, in eorum intrans ora. non solum ipsos, sed etiam in ipsis totum humanum genus coinquinauit. Adeo ut in ipsis omnes peccauerimus et moriamur. Vnde Augu. Nõ ideo debet quis existimare leue, ac paruum fuisse illud pctm̃ cõmissum ĩ paradiso, quia in esca factũ est, nõ qdẽ mala ac noxia nisi qa prohibita &c. Ro. 5. lib. 14. de ciui ta. dei. ca. 12.

¶ Ita uinum utiꝗ bonum in se, Rechabitas coinquinasset, si illud contra patris prohibitionem bibissent. Vnde adhortati, positis coram eis cyphis & caliabus uino plenis, ut biberent, responderunt. Non bibemus uinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præce- Hiere. 35.

pit nobis dicens. Non bibetis uinum uos & filij uestri, usq; in sempiternum. Obediuimus ergo uoci patris nostri, ut non biberemus uinũ cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostri, & filij et filię nostræ. Abstinere igitur à prohibitis certis temporibus in ecclesia carnibus, lacticinijs, uino & huiusmodi gratum esse deo, & homini meritorium, patet ibidem, sequitur enim. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris uestri, & custodistis omnia mandata eius. Non deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

Lucæ. 1. ¶ Hinc de Ioanne baptista prędixit Gabriel angelus, uinum & siceram non bibet. Esca eius erat locustę
Matth. 3. & mel silvestre. Si à delicatioribus cibo & potu ab-
Mar. 1. stinere, ac carnem ieiunijs & abstinentijs domare salu-
Lucæ. 3. bre non esset, nequaq̃ in commendationem baptistę hęc in euangelio conscripta fuissent.

1. Mach. 6 ¶ Hinc Machabei potius mori elegerunt, q̃ suillis contra diuinę legis prohibitionem uesci carnibus. Sed
Titum. 1. inobedientes Lutherani uaniloqui & seductores, universas domos subuertentes, docentes, quæ non oportet, turbis lucri gratia, ut Cretenses semper mendaces, ma-
Nume. 1. le bestię, uentres pigri, nulla seruant ecclesiæ ieiunia, sedentes super ollas carnium in ægipto, nauseantes mã-
Lucæ. 21. na cœleste, grauantes corda sua crapula, & ebrietate, mentem habentes & conscientiam inquinatas. Glorian-
Tit. 1. tur se euangelicos, factis autem negant, cum sint abhominabiles, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Hæc apostoli uerba uerissime quadrant in eos.

¶ Non uoluit apostolus iudaica obseruătia aliquos cibos esse perpetuo prohibitos, ut carnem suam (demptis decretis in concilio apostolorum) at ecclesia credit omnem creaturam dei bonam, licet pro tempore ad mortificādū ueterē hoīem precipiat, ab aliquibus abstinere. De secūdo

¶ Porrò hic non tractat apostolus de ieiunio, uel maceratione carnis, sed quia Tatian, et alij hæretici dicebant certas esse res creatas à principio malo. Paulus hoc destruit, quia omnis creatura dei sit bona, & cum gratiarum actione sumenda, quod facit catholicus, licet non pro omni tempore, nec Paulus hoc precipit pro omni tempore.

¶ In lege aliqua animalia erant immunda per significationem, Iudæi crediderunt per naturā, destruit errorem Paulus, quia fidelibus oīa sint munda, & pro tempore comedenda, at quod non liceat abstinere pro tempore, hoc non prohibet apostolus. Vnde. S. Iaco. minor nunq̄ ē usus carnibus, uel uino authore Ægesippo. De tertio.

¶ Similiter dicatur, nam noluit fideles ritu iudaico iudicari in cibo & potu & festis. De quarto

¶ Spiritu facta carnis mortificantur, at spiritus iuuatur, si caro ieiunijs crucifigatur, sicut dicit Paulus, Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt. De quīto. Galat. 5.

¶ Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. 1. Cor. 9

¶ Etiam si Christus non docuit aliquando abstinendum à carnibus, hoc non refert, quia ipse docuit magis necessaria ad salutem. Sed quæ expediunt & promouent salutem, reliquit magisterio spiritus sancti & ecclesiæ, & illa non omnia per se explicuit. De sexto

De septio ¶ Dic ut in pũcto superiori de constitutionibus humanis argumento ultimo.

DE VENERATIONE SANCTOrum. Cap. decimum quartum.

¶ Sanctos esse honorandos atque inuocandos probatur quadrifariam, scripturis, scilicet rationibus, authoritatibus sanctorum, & ecclesiæ consuetudine.

Probatur primo per scripturas sacras.

Sancti ut amici dei sunt implorandi, ut pro nobis intercedant: & licet sancti non sint ad orandi latria, quia soli deo debetur, tamen uenerãdi sunt dulya.

¶ Ioan. xij. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis est. Si ergo deus honorificat sanctos, cur nos non honoremus sanctos?

Psal. 138 ¶ Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum.

Hiere. 15. ¶ Si steterint Moyses & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum.

* Quod exponens Grego. dicit. q. d. nec illos mõ pro amicis audio quos magne uirtutis merito, orare etiam pro inimicis scio. Vbi manifeste innuit Hieremias sanctos orare pro populo.

Iob. 5. ¶ Voca ergo si quis est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere, quę quidem uerba quãuis Eliphas Themanites ad Iob dixerit, non tamen ea Iob reprehẽdit, sed ut sanum consilium amici accepta-

uit dicens. Ita & Heliu dixit. Si fuerit angelus pro eo loquens unus de milibus ut annuntiet hominis æquitatẽ miserebitur eius scilicet deus, & dicet. Libera eũ, ut nõ descẽdat in corruptionẽ, inueni in quo ei propitier. Iob.33. Heliu.

¶ *Ite ad seruum meum Iob, & offert holocaustum pro uobis, faciem eius suscipiam, ut non imputetur uobis stultitia. Et infra. Dominus quoq; conuersus est ad pœnitentiam Iob cum oraret ille pro amicis suis.* Iob.42.

¶ *Dixit Iacob, & inuocetur nomen meũ super eos, & nomina patrum meorum Abraham & Moyses dixit ad deum, quiescat ira tua & esto placabilis super malitia populi tui. Recordare Abrahã, Isaac, et Israel quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo semen uestrum, sicut stellas cœli &c. Et sequitur. Placatus est dominus supe iniquitate populi sui.* Exod.32

¶ *Azarias in fornace succensa orabat dicens. Ne quæsumus tradas nos in perpetuũ, propter nomen tuũ & ne dissipes testamentum tuum, neq; auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuũ & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, quibus loquutus es pollicens, quod multiplicares semen eorum, sicut stellas cœli, et sicut arenam, quæ est in littore maris, Et liberatus est cum socijs suis à fornace ignis ardẽtis. Domine omnipotens deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te &c.* Dani.3. Baruch.3

¶ *Vidit Iudas Machabæus Oniam manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum, post hoc uidit alium uirum ætate & gloria mirabilem, de quo di-* 2.Mac.15

xit Onias, hic est fratrum amator et populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & uniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta dei.

Matth. 25 ¶ Quādiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis, itaq; honor exhibitus sanctis, exhibet deo.

Psal. 31. ¶ Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Hebraei legunt omnis misericors, beati autē sunt sancti & misericordes.

2. Reg. 14 ¶ Absolon reconciliatus patri, per biennium, tamen moratus Hierusalem nō uidit faciem patris sui, sic peccator reconciliatus deo non statim se presentat deo, sed per mediatores & intercessores.

3. Reg. 2. ¶ Salomon thronum matri suę iuxta thronum suū collocari praecepit. Verus pacificus Salomon Christus honorans matrem suam, idem facit.

* At impij Lutherani putantes nimium esse, quod pij Christi fideles deipare uirginis cultores ipsam salutantes dicant. Regina cœli laetare, Salue regina misericordie, uita dulcedo, & spes nostra, salue &c. Et ob id omnē cultum, Christi ferè uirgini hactenus impensum, tanq̄ summam idolatriam (qua Christo, qui uita, dulcedo spes nostra aduocatus noster apud patrem est, summa irrogetur iniuria) abbominantes, ubi potuerunt, reiecerunt. Attendāt igitur miseri gloriose uirginis osores, nihil Christi derogare dignitati, quod beatam uirginem, ita salutando honoramus, Imo totum honorem quē diue uirgini impendimus, redundare in Christum dei, ac uirginis filium, uirginem quippe matrē honoramus in filio, et filium in uirgine matre, Sicut qui filium hoc

norat, honorat & patrem, & econuerso. Deus pater misericordiarum, Cur dei genitrix, non mater misericordiæ. Deus rex cœli & terræ, cur dei mater non erit regina cœli? Christus, uia ueritas & uita. Cur non hæc etiam Christi mater, quæ gratiam apud deum inuenit, & saluatorem nostrum dominum Iesum Christum salutis nostræ authorem nobis ędidit? Christus est lux uera illuminans oēm hominē uenientem in hunc mundū. Ioan. 17. 2. Cor. 1. Psal. Ioan. 14. Lucæ. 2. Ioan. 1.

¶ Non autem Ioānes baptista, quo maior inter natos mulierum non surrexit. Non enim erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Ecce negatur ille lux esse, de quo tamen Christus lux uera postea dixit Iudæis. Ille erat lucerna, ardens & lucens. Math. 11. Ioan. 1. Ioan. 5.

¶ Christus ait. Ego sum lux mundi, & tamen idem apostolis dixit. Vos estis lux mundi. Et Philippē. apostolus scribens ait. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Christus igitur solus est lux per essentiam sicut & bonus, non baptista, neq; apostoli, qui tamen boni, lux & luminaria fuerunt in mundo per participationem. Ita & dei genitrix uirgo, Regina cœli, mater misericordię, uita dulcedo, & spes nostra dicitur, quia gratiam apud deum inuenit, Christumq; uitæ nostrę reparatorem spiritu sancto operante concepit & peperit. Et sicut Christum qui est ad dexteram patris, & interpellat pro nobis, aduocatum apud eundem habemus. Ita huius nostri aduocati matrem, gaudemus nos habere apud patrem & filium aduocatum, dicentes. Eya ergo aduocata nostra &c. Vnde si Philippen. fuerunt diuo Paulo gaudium & corona. Et Thessalonicē. spes gau- Io. 8. 6. 12 Matth. 5. Philip. 2. Matth. 29 Mar. 10. Lucæ. 18. Roma. 8. 1. Ioan. 2. Philip. 4. 1. Thess. 2

dium & corona glorię. Cur nō idem erit nobis gloriosa uirgo mater Maria? Non est igitur diua uirgo mulier, ut alię mulieres nihil gratię, aut prærogatiuę habens super illas, id quod blaterant impij Lutherani. Fatemur tamen ipsam sexu quidem mulierem, sed uirginē incorruptam, gratia plenam, dei genitricem, reginā cœ
Iudith. 11 li, mundi dominam, inter mulieres benedictam. Non est profecto inuenta talis mulier super terram, nec unquam sibi similis inuenietur. Hæc sunt illa magna, quæ fecit tibi dominus omnipotens o uirgo beata, quare merito beatam te dicent omnes generationes.

Lucæ. 2. ¶ Immittet angelus domini in circuitu timentiū eū,
Psal. 90. & eripiet eos. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant uias tuas.

Zacha. 1. ¶ Orat angelus pro populo Iudaico, domine exercituū, usquequo tu non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es? Et respondit dominus angelo bona uerba consolatoria.

Apocа. 6. ¶ Quatuor animalia, & xxiiij. seniores ceciderunt corā agno, habentes singuli citharas, et phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.

Apoca. 8. ¶ Angelus stetit ante altare habens turibulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureū, quod est ante thronum dei, & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram deo.

Hebrę. 1. ¶ Omnes sunt administratorij spiritus, qui in mini-
Actu. 12. sterium mittuntur propter eos, qui hæredes erunt salutis. Angeli ergo suffragātur nobis, cur igitur eorū suffragia, &

fragia & ministeria non licet implorare.

¶ Nec superauit illum(.s.Helisęum) ullum uerbũ, & mortuum prophetauit corpus eius, in uita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Eccle. 48

Secundo probatur duplici ratione.

¶ Christus intercedit pro nobis secundum humanitatem ad deum patrem. Quia & Christus Iesus interpellat pro nobis. Iesus sempiternum habet sacerdotiũ, unde & saluare in perpetuum potest, accedentes per semetipsum ad deum semper uiuens, ad interpellendum pro nobis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum sed etiam totius mundi. Roma. 8. Hebrę. 7. Ioan. 2.

¶ Si ergo caput Christus orat pro nobis, cur non ẽt mẽbra eius, sctĩ cũ eo rogãtes, qui se cõformãt christo?

¶ Viui orant pro inuicem, & impetrant sæpe. & ratio

¶ Orate pro inuicem ut saluemini, & adducit orationem Helię. iij. Regum. xvij.

¶ Moyses orauit Exod. xvij. xxxi. Mulier Chananea pro filia sua Matth. xv. Centurio pro filio suo. Lucæ. vij. Paulus pro connauigantibus, Actu. xxvij.

¶ Si ergo uiui orant pro inuicem, cur etiam beati mortui hoc non facerẽt, qui sunt in charitate perfectiores, & apud deum potentiores, & mente puriores? Aut ergo sancti non orant pro nobis, sicut uiui, quia est res eis indigna, itaq; non conueniet Christo, aut quia est res tante excellentiæ, quod soli Christo, & non alijs cõueniet, ergo non conuenit uiatoribus.

Ezech. 12 ¶ Imo uult deus per sanctos inuocari, quęsiui inq̄t de eis uirum qui interponeret sæpem, & staret oppositus cōtra me pro terra ne dissiparē eam, et nō inueni.

Roma. 15 ¶ Obsecro uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in iudęa.

Tertio pro actibus sanctorum.

¶ Cyprianus ad Corne. Papam lib. i. epistol. i. petit, ut si quis eorum prior decesserit, pro fratribus & sororibus nostris non cesset oratio.

Bern. sup. canti. Homili. 66. ¶ Bernardus super Cāti. de hæreticis sui temporis. Irrident nos quod in fonte baptizamus & sanctorum suffragia postulamus, atq; Christum in utroq; sexu, tā in mortuis, q̄ uiuis proscribere uolunt, nam & mortuos uiuentium fraudant suffragijs, & uiuentes nihilominus sanctorum qui discesserunt auxilijs spoliant. Vigilantius dixit, q̄ dum uiuimus, mutuo pro nobis orare possumus, postq̄ autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio

Hiero. exaudienda oratio, refert Hierony. & improbat. Sic. n. pugnat Hierony. contra Vigilantium. Apostoli et martyres adhuc in corpore constituti, possent orare prę cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas & triumphos?

Trac. 84. * Augu. super Ioan. Beati martyres quorū memorias non inaniter cælebramus. i. Ideo quippe ad ipsam mensam (.i. altare) non sic eos commemoramus, quēadmodū alios q in pace reqescūt, ut ēt pro eis oremus, sed magis ut orēt ipsi pro nobis, ut eorum uestigijs adhereamus.

¶ Et est illa radix inuicta, quia ex charitate tenemur orare pro inuicem, sed sancti in cœlo habent auctiorem charitatem ad nos, quàm uiatores.

¶ Dionysius ca. vij. ecclesia. hierarchie. Si quis spernat sacrosanctum disciplinam, atque infœlici elatione seductus, dignum se arbitretur diuina familiaritate, sanctosq; despiciat &c. hic si intento careat desiderio, imperita postulatione per se nunquam potietur. Diony.

Probatur quarto ecclesię consuetudine.

¶ Attestatur usus totius ecclesiæ, & patres sancti per omnia Christianorum sæcula, tot miracula euidentissima, et festiuitates ab ecclesia de sanctis institute. s. Sauinianus erexit ecclesiã. s. Petr. uiuo, cõdidit et alias duas in honore sancti Stephani & s. Ioannis baptistę.

Obijciunt Hæretici.

¶ Solus inuocandus est Christus & deus, quia solus sufficit, solus est liberalissimus et misericordissimus, plus nos amans quàm sancti omnes.

1 ¶ Si qd petieritis patrẽ in noĩe meo dabit uobis. Ioan. 16.

2 ¶ Petite & accipietis, quærite & inuenietis. Lucæ. 11

3 ¶ Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis. Matth. 21.

4 ¶ Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Hebrę. 4.

5 ¶ Igitur accedere debemus, ipsum patrem misericordiarum, & deum totius consolationis, ac fontem gratiarum, potius quàm sanctos. 2. Cor. 1.

6 ¶ Vnus est mediator dei & hominum, Christus Ie- 1. Timo. 2

ſus,cur ergo nos uolumus facere plures mediatores ſcõs.

7 ¶ Porrò quod de Baruch & Machabeis fuit adductum,dicunt illos libros non eſſe canonicos.Hierony.in prologo ſuper Prouerbia.

8 ¶ Ad Hieremiam reſpondet Zuinglius hęreticus. Si Moyſes & Samuel adhuc in humanis eſſent,ac pro populo iſto intercederent,uinceret indignatio gratiã.

Diluuntur iſta per Catholicos.

¶ Hæreticos hic ſophiſmatibus deceptos ex eo liquet,quod aliqua per eos inducta, ęquę tollunt interceſſionem Chriſti & omnia tollunt, æquæ preces uiuorum ſicut mortuorum,quorum tamen interceſſionem negare non audent,quantumuis impij & blaſphemi.

De prio. ¶ Fatemur petendum.petendum in nomine Ieſu,petendum cum fiducia,at illa non excludunt ſanctos,quia & per ſanctos uelut membra petimus in nomine Ieſu eorum capitis.

¶ Et licet deus ſit optimus miſericordiſſimus,tamen eſt ordinatiſſimus,diſponit omnia ſuauiter,& inferiora p media ducit ad ſuperiora ait Diony. ſic ad.i.ij.iij.iiij.

De quinto ¶ Omnino placet accedamus fontem gratię & pa-
Deu. 4. trem miſericordiarum, at commodius faciemus illud per
Hebr. 12 ſanctos,quia deus noſter ignis conſumens eſt,merito timemus,ne pereamus à facie eius ſicut fluit cera à facie ignis,ob hoc mediatores quærimus & interceſſores.

De ſexto. ¶ Vnus eſt mediator redemptionis Ieſus Chriſtus
Actu.4. quia ille ſolus redemit genus humanum, non eſt aliud nomen ſub cœlo,in quo oporteat nos ſaluari,ſed plures ſunt interceſſores.Eſt igitur unus mediator, per redem

ptionem: sicut & unus saluator. Sunt autem plures me diatores per intercessionem, sicut & plures tales scriptu ra commemorat saluatores. Moyses, ait. Ego sequester & medius fuit inter deum & uos. Item suscitauit eis saluatorem Othonielem. Et iterum. Et dedisti eis salua tores, qui saluauerunt eos. Pharao rex Ægypti uocauit Ioseph saluatorem mundi,

Deut. 5.
Iudic. 3.
Neemi. 9
Gene. 14.

¶ Omnes canones ecclesiæ de canonicis scripturis enumerant Machabeos, quare ostendant haeretici ubi iudicatum sit libros canonicos esse, & inuenient istos. Licet in synagoga non fuerint canonici, ut testis ē Augusti. Et cum canon de libris sit editus in concilio Mileuitano forte nondum peruenit ad Hieronymum.

De septio
Augu. lib. 8. de ciui. dei.

¶ Hoc est hæreticorum proprium torquere scripturam, nam cum ipsi semper exigant claras scripturas et nullas admittant glossas, cur iam allata clara scriptura, extrariam adfert glossam? Deus dicit si starent, non dicit si uiuerent & starent, potissi. cum illa glossa non sit fundata in scriptoribus, in concilijs, in sctis patribus, sed somniata ex idocto et insano cerebro Zuinglij heretici.

De octa.

¶ Augu. lib. xx. ca. xxi. Populus christianus memorias martyrum religiosa solennitate celebrat & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, & orationibus adiuuetur, ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi deo martyrum, quamuis in memorias martyrū constituamus altaria. Vide sequentia, quia Faustus hæreticus etiam impugnauit memorias martyrum.

Augu. 9. Faustum.

DE IMAGINIBVS CRVCIFI xi, & sanctorum. Cap. xv.

LIcet gens Iudea esset propensior in Idolatriam, tamen imagines aliquas deus eis præcepit.

Exod. 25. ¶ Duos quoq; Cherubin aureos & productiles facies ex utraq; parte oraculi. Cherubin unus sit in latere uno: & alter in altero.

Num. 21. ¶ Loquutus est dominus ad Moysen, fac serpentem eneum pone, eum pro signo.

Leuit. 29. ¶ Non facietis uobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra ue-

Iosue ulti. stra, ut adoretis eum. Et tamen Iosue moriturus posuit lapidem pregrandem subter quercum, quæ erat in sanctuario domini similiter Samuel, sic permissum est altare filijs Ruben & Gad.

1. Reg. 17

Iosuæ. 22 ¶ Eusebius, Seth iustus, primus imagines dei fecit, Hierony. de Hebraias. q. & Comestor super Genesim, renarrat Iudæos & causam cur fecat imagines.

¶ Damascenus libr. iiij. affirmat nos habere usum imaginum ex traditione apostolorum.

¶ Eusebius lib. vij. ecclesiasticæ historię, & Damascenus referunt Christum misisse imaginem faciei sue. Ab agro Edesenorum regi, asseruatur, Genue in ecclesia

Damasce. sancti Bartolomei.

li. 4. c. 17. ¶ Faciem suã dominus lintheo impressam dedit Veronicæ. Cuius imagine sanatus Tyberius Cæsar qui ob id decreuit Christo honores diuinos. Verũ quod inscio senatu id fecerat, Senatus prohibuit, ut author ẽ Sueto.

¶ Sanctus Lucas uirginem Mariam depinxit, ut celebris fama est per ecclesiam.

¶ Approbatus fuit imaginum usus in concilio Niceno secundo. In Constantinopolitano sub Hiereno, in tribus concilijs Lateranen. sub Grego.ij. & .iij. & Stephano & in concilio Franckfordensi ad Menum Hæresis Feliciana fuit damnata, q̃ spurij ecclesiæ suscitare nituntur. Græci appellarũt hęreticos illos Iconoclastas.

¶ Græci Imperatores. c. annis tyrannice impugnarunt usum imaginum, & fuit potior causa transferendi imperium in Germanos.

¶ Beda inquit imagines fieri in ecclesia dei, nulla diuina litera uetuit.

¶ Athanasius scribit miraculũ q̃d contingit cũ imagine crucifixi in Beritho, fuerat hęc crux. s. Nicodemi.

Cõstat ergo apostolorũ tpe fuisse imagines ĩ eccle.

¶ Eusebius lib. vij. scribit de imaginibus Petri, & Pauli apostolorum, meminit imaginis Christi, facientis miracula in Cæsarea, cuius miracula narrantur etiam in tripartita histo. lib. vi. Cassiodorus

¶ Carolus magnus quatuor libros scripsit contra uolẽtes tollere imagines, unde Thuricenses fundatorem eorum & patronum Carolum potius sequi debent cũ ecclesia catholica, quàm hæreticum Zuinglium.

¶ Vtilitas imaginum est, quod instruunt simplices, admonent scientes, afficiunt omnes Decet enim deum uisibilem factum in humano habitu, uisibili imagine præsentari. Et Luther uel in hac parte sapit q̃d Carl- stadiũ imagines destruentẽ et delentẽ ex Saxonia cu- — De conse. dist. 3. ca. Perlatum, & ca. uenerabiles.

rauit proscribi, et pro uiribus, hæresi Feliciang resistit.

Luther contra Carlstadium sic inquit, imagines rememoratiuas, aut testimoniales, sicut sunt imagines crucifixi & sanctorum, probatum est esse tolerandas, etiam in lege. Et non solum tolerandas, sed quādiu memoria & testimonium in eis durat, tunc sunt laudabiles & honorabiles, sicut statue Iosue & Samuelis.

Obijciunt hæretici,

Exod. 20. 1 *Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem, quę est in cœlo desuper, et quę in terra deorsum, nec eorū quæ sunt in aquis sub terra. Simile dicit Exodi eodem in fine. Deutero. iiij. & v. & xxvij. & multis alijs scripturis ueteris testamenti.*

4. Re. 18. 2 *Ezechias confregit serpentem Æneum, quem fecerat Moyses.*

Ioan. 4. 3 *Christus promisit uenire, & nunc tempus esse, quod ueri adoratores adorent deum in spiritu & ueritate, spiritus autem non afficitur imaginibus.*

4 *Porrò subest periculū Idolatrie sub imaginibus et immundorum cogitatuum.*

Viene cōbustus 1528. 5 *Balthasar Hiebmair, qui se Fridberger, iam nominat nouitius hæreticus, hoc cornutum facit argumētum. Aut præceptę sunt imagines, & tunc ostēdatur scriptura. Aut non sunt præceptę, & tunc nihil ualent.*

Respondent Catholici.

De primo *Deum præcedentibus & sequentibus explicare mentem suam, nam sicut prohibuit uenerari deos alienos, ita prohibuit imagines illorum at quia nos sanctos non habemus pro dijs., non prohibemur illorum facere.*

imagines. Nam ante uerba citata inquit. Non habebis deos alienos coram me. Non facietis sculptile &c. sequitur. Non adorabis ea, neq; coles. Ecce in illum finem nō debent fieri. Et ita Luther met intelligit. Quod si Leo Iud Thuricen. Iudaico more litere affigitur, quod absolute facere imagines sit prohibitum. Cōsectarium esset Salomonem peccasse, quando fecit. xij. leunculos in solio peccasset sculpendo boues in mari fusili. Et Leones, & boues cherubin in basibus æreis, quis est tam hebes, ut credat nullum fuisse pictorem, nullum sculptorem in Iudæa, quis tunc sculpsit cherubin? Et in moneta ait Christus, cuius est hæc imago? Augu. libr. xx. contra Faustum. c. xxiij. Et si usus quarundam rerum similis nobis esse uideatur, gentibus, longe tamen aliter utitur his rebus, qui ad alium finem usum earum refert, sic dicito de imaginibus gentilium & Christianorum. 2. Para. 3. 3. Re. 17. 3. Reg. 6. Mar. 12.

¶ Quod Ezechias destruxit serpentem, fuit causa huius abusus populi idolatrantis, nam in loco eodem sequitur Siquidem usq; ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Vnde si constaret de abusu alicuius imaginis, illa deberet aboleri, abstulit ergo serpentem, non quia imaginem sed quia Iudęi adorabant. De scdo.

¶ Adorandum deum dicimus potissimum in spiritu & ueritate, quod ut faciamus, imagines nos admonent, & ad memoriam reducunt. Nam spiritum non excludere signa sensibilia, inditium nobis præstant sacramenta, quæ sunt in sensibilibus signis instituta. De tertio.

¶ Nullum periculum subest idololatrię, quia facillime possunt instirui simplices ad rectificandam eorum De quarto

intentionem, puta quod uenerationem referant non ad
Basilius. imaginem ipsum, sed ut Basilius docet, ad protypum, la
sciuia pictoribus inhibenda est.

De quito. ¶ Liquet ex puncto primo & secundo ac quarto, quàm uere cornutum sit hoc argumentum musce illius Ægiptiacæ. Non est hoc præceptum in scripturis, ideo non obseruandum. Quinimo hoc cornu eum impetamus, aliquid esse in scripturis præceptum & tamen nõ obseruandum, ut de sabbati sanctificatione, de nõ comedendo sanguine suffocatum &c. Sufficiat catholico, quod ecclesia constituit imagines sanctorum, uelut utiles & expedientes, poni debere in ecclesia, & cornua peccatorum confringantur. Dicam ei & dominicam diẽ celebrare, aut ẽ præceptũ, & ostẽdat scriptura, aut nõ est præceptũ, itaq; nihil ualet, qđ nec hæreticus dicet.

DE MISSÆ SACRIFICIO. CAP. XVI.

Quomodo à columnis ecclesiæ instituta sit Missę actio ceremoniosa (ut ita loquer) ex sancto Dionisio apostolorum discipulo liquet. At
Diony. quia hæretici noui inauditam in ecclesia dei inuenerũt heresim missam non esse sacrificium contrarium ex scripturis probatur.

Leui. 4. 5. ¶ Semper fuit sacerdotum officium offerre pro pec
7. & 14. catis populi, & ignorãtijs, pro delictis, pro mundatione.
Malac. 1. ¶ Non est mihi uoluntas in uobis, nec munus accipiam de manu uestra. A solis enim ortu usque ad occa-

sum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Prædixit propheta hic cessationem sacrificiorum legalium & institutionem sacrificij noue legis. Non poterit illud dicere solum fuisse in cruce quia dicit sacrificari in omni loco & loquitur tamen de una oblatione, & non est aliud sacrificium nisi corpus Christi toties in missa repetitum. Quando dixit de aduentu messię, subdit. Et Malac. 3.
purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, & placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies sæculi & antiqui. Ecce saluator purificauit sacerdotes Euangelicos ut offerant sacrificia, non in sanguine, sed in iustitia, dicit glosa ordina. id est eucharestiam. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi, & impie agent impij, neq; intelligẽt omnes impij, Porrò docti intelligent, & à tempore cum Daniel. 12
ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Illud esse implendum testator Christus, iuge sacrificium in aduẽtu abominationis, id est Antichristi, cessabit uni Matth. 24
uersaliter ferme per quatuor annos, cum desolatæ erunt ecclesiæ. Itaq; qui ĩ particularibus ecclesijs faciũt cessare iuge sacrificiũ missæ sunt præcursores Antichristi.

¶ Omnis nãq; põtifex ex hominibus assumptus, pro Hebræ. 5
hominibus constituitur, in his quæ sunt ad deũ, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui cõdolere possit his ignorãt, & errant quoniam & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debet quẽadmodum pro po-

pulo, ita etiam pro seipso offerre, pro peccatis.

¶ Hic apostolis diffinit præcipuum officium unum pont. s. offerre pro peccatis. Et cum hęretici negant
Ignatius. unum posse offerre pro alio pau. docet eum offerre pro peccatis populi & sui.

¶ Ab apostolis traditã missam ostendit quod Ignatius apostolorũ discipulus, qui uidit Christum, ad Smirnenses (inquit) propterea non licet sine episcopo neq; sacrificiũ, imolare, neq; missas celebrare. Et quia nullũ est sacrificium reale noui testamenti (quia cor contritum semper est sacrificium) nisi corpus Christi, & tamen in uetero testamẽto plura fuerũt sacrificia, omnia Christi sacrificium representantia.

Hirenews. ¶ Hireneus Lugdunen. li. iiij.. ca. xxxij. Eum qui ex creatura panis est, accipit, & gratias egit dicens. Hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens, in uniuerso mundo offert deo, uir sanctus & temporibus apostolorum uicinus, non potuit clarius loqui.
Cypria. Cyprianus martyr. Cecilio fratri scribit. Admonitos autem nos scias, ut in calice offerendo dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis dominus prior fecit, ut calix qui in commemorationem eius offeretur, mixtus uino offeratur. Hæc uerba repetit bea. Augu. lib. iiij. de doctri-
Augu. na Christiana. Et ita missam dicit sacrificium Chrisosto-
Chriso. mus super Matth. super episto. ij. ad Timo. super epist. ad Hæbreo. Similiter bea. Ambro. Augusti. sæpissime.

Grego. & alij.

* Ordo missæ uel orationum quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primo à sancto Petro est constitutus, cuius celebrationem uno eodemq; modo uniuersus peragit orbis. Isido. li.i. de offi. ca. 15.

¶ Et sexta synodo sic habetur. Iacobus frater domini secundum carnem, cui primum credita est Hierosolimitana ecclesia, & Basilius Cæsarien. episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit in scripturis addiderunt nobis missę celebrationum. De conse. distin.i. c. Iacobus.

¶ S. Andreas ad proconsulē dixit, se quottidie offerre deo omnipotenti agnum immaculatum. Ita obseruāt omnes Latini, Greci, Chaldęi, etiam Schismatici, Hæretici, demptis nouis illis dogmatistis. de fide ad Pet. ca. 7.

¶ Vide latius librum nostrum de sacrificio missę.

Obijciunt hæretici.

1 ¶ Vna oblatiōe cōsumauit in sempiternū sāctificatos. Hebrę. 10

2 ¶ Qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes primū pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Hebrę. 7.

3 ¶ Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Nunc autem semel in consumatione sæculorū ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Hebræ. 9.

4 ¶ In qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Hebr. 10.

5 ¶ Missa est testamentum, nō sacrificium, hic est sanguis noui testamenti, referunt Mattheus, & Marcus. Matth. 24 Mar. 14.

Hic est calix nouum testamentũ in meo sanguine. Quo modo ergo potest fieri sacrificium ex testamento?

6 ¶ *Missa est bene recordatio sacrificij & oblationis, ideo Christus non dixit offerte, sed hoc facite in meam commemorationem.*

Respondent Catholici.

De prio. ¶ *Textus apostoli expressos & manifestos, torquẽt hic hæretici, cõtra missam. Vnde gemina est oblatio Cõristi. Vna qua corpus suum uiuum & sanguinem sub proprijs ipsorum speciebus obtulit in ara crucis, pro salute generis humani & omnibus peccatis, & de illa sentit apostolis in auctoritate adducta in argumẽto, ostendens excellentiam huius sacrificij, ultra sacrificia legis, quoniam sicut semel mortuus est, ita semel oblatus est.*

Ephe. 5. * *Et Ephesijs scribens ait. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Et figurabatur hæc oblatio per agnum paschalem qui in phase iudæorum semel tamen singulis annis offerebatur, Christi ueri paschalis agni oblationem in cruce factam, per quàm liberati sumus à principis tenebrarum imperio ut populus Israeliticus per agni typici immolationem ereptus fuerat à dura seruitute pharaonis representans. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.*

Exod. 12. Ioan. 5.

1. Cor. 5. ¶ *Alia est oblatio, qua fit representatio dominicæ passionis & oblationis ubi sacerdos in persona ecclesiæ præsentat deo patri oblationem factam, per filium in ara crucis sub speciebus panis & uini. Et ideo recte dicitur oblatio recordantia. Et ita sub sacramento quoti-*

die offertur recordatiue sicut oblatus est semel ĩ cruce.

¶ Aduerte hic quod Christus dicitur sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech qui obtulit deo panem & uinum in sacrificium. Psal. 109 Math. ult.

¶ Vnde Melchisedech fuit figura Christi sacerdotij & sacrificij. Ad Christus seipsum in cruce sub panis & uini non obtulit speciebus, sed corpus & sanguinem suum sub sui ipsorum proprijs speciebus,, Vnde in cruce non fecit oblationem secundum ordinem Melchisedech, sed paulo ante instituerat eam in nouissima cœna ab apostolis & eorum posteris frequentandam usq; ad consummationem sæculi sub speciebus panis & uini in memoriam sui. Lucæ. 22 Num. 28.

¶ Est itaq; in ipsa missę celebratione immolatio corporis & sanguinis dominici sub forma panis & uini uerum sacrificium & proprium sacerdotij ipsius Christi, secundum ordinem Melchisedech, quo ipse per ministros ecclesiæ quotidie offertur deo patri in expiationem peccatorum nostrorum.

¶ Hęc oblatio etiã significatur per iuge sacrificium quo quotidie immolabatur agnus unus mane, & alter uespere contingebant. 1. Cor. 10

¶ Et quia hæc omnia in figura illis, Necesse est & hanc figuram respondere alicui rei figuratæ.

¶ Non autem quotidiana illa duorum agnorũ oblatio, oblationem Christi semel in cruce fiendam referebat, quoniam hæc semel tamen erat exhibenda, & non quotidiano usu, ergo surgat illam quotidianam immolationẽ Christi sub panis uiniq; speciebus in missę ce-

lebratione quã faciunt sacerdotes iussu Christi di. Hoc
Lucæ. 22 facite in meam commemorationem. Nam hoc faceret nõ
solum refertur ad sumptionem & oblationem, alioquin
per illa uerba non dedisset eis potestatem consecrandi.
Christus semel oblationem perfecit in ara crucis, &
effectus eius quotidie deriuatur ad nos, cum sacerdos
in persona ecclesiæ presentat deo patri memoriam hu
ius oblationis. Hinc fit ut dum prima oblatio meriti
fuerit infiniti secunda limitata est & finita. Et est ter-
tia mere recordatiua, quæ fit in die parasceues. Euse-
De conse. bius Emissenus, Quia corpus assumptũ oblaturus erat
dist. 2. ca. ab oculis, et illaturus syderibus necesse erat, ut die cœne
Quia cor sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret,
pus. ut coleret iugiter per misterium, quod semel offereba-
tur in precium &c. Liquet iam contra hæreticos mis-
sam non solum representare cœnam dominicam, sed &
passionem, mortem & oblationem.

De. 2. 3. ¶ Similiter dicatur ad quatuor sequentia, loquuntur
Chrisost. enim de prima oblatione, liquet ex Chrysostomo. dicente
de hostia Christi Et quia semel oblata est illa, oblata
est in sancta sanctorum, hoc autem sacrificium exem-
plar est illius id ipsum semper offerrimus, nec nunc qui
dem alium agnum, crastina alium, sed semper idipsum.
proinde unum est hoc sacrificium, infra. Sicut enim qui
ubiq; offertur unum est corpus, non multa corpora, ita
etiam & unum sacrificiũ, pontifex autem noster ille est,
qui hostiã mundantem nos obtulit, ipsam offerimus &
nunc, quę tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc
autem quod nos facimus, in cõmemorationem quidem
fit eius

fit eius q̄d factum est. Ecce quomodo quotidie offerimus unam oblationem, quæ semel oblata est, licet modus offerendi, per recordationē & repreſentationem, longe differat à prima reali oblatione.

¶ Miſſam eſſe teſtamentum proprie dicere nō poſſumus, quia & corpus Chriſti ibi conſecratur, & tñ non dicitur nouum teſtamentum. Igitur de ſanguine quod dixit eſſe nouū teſtamentum, intelligatur confirmatiuē, ut ſicut Moyſes uetus teſtamentum confirmaturus accepit ſanguinem uitulorum & hircorum, &c. & aſperſit omnem pop. dicens: Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad uos deus. Ita Chriſtus ſanguine proprio confirmauit teſtamentum nouum & introiuit in ſancta ſanctorum. Porrò multa ſunt noui teſtamenti quæ non pertinēt ad miſſam, ut baptiſmus clauis ſacerdotalis. Præterea nō ſeqtur, qa miſſa eſt teſtamentū, ideo nō eſt ſacrificiū, ut proſeqtur rex Angliæ. Et teſtamentū ſecūdū Apoſtolū inuoluit mortem teſtatoris, & miſſa eſt teſtamentū tunc inuoluit mortē teſtatoris & ita oblationem. De quinto. Hebr. 9. Exod. 24 Hebr. 9.

¶ Miſſa eſt recordatio paſſionis Chriſti, non nude ſicut aliquis laicus ſimpliciter communicat, ſed eſt huiuſmodi memoria, q̄ ibi eſt actio repreſentatiua totius paſſionis, & hoc dixit Chriſtus facite. Non ſolum dixit Sumite, ſed Facite, hoc eſt (cōiunctis prioribus et ſequētibus) conſecrate, offerte, ſumite Ideo ea pars miſſe actio dicitur. Sicut igitur iuge fuit ſacrificium in ueteri teſtamento ita ſit iuge ſacrificium in Lege Gratie Chriſtus Ieſus Saluator noſter, niſi dum Antichriſtus aduenerit, tunc ceſſabit ad tempus. De ſexto.

Duo probat axiomata.

¶ Primum axioma.

Vota esse reddenda, scriptura docet, natura dictat, & honestas imperat.

Gen. 28. IAcob uouit domino in Bethel.

Deut. 23. ¶ Cum uotum uoueris domino deo tuo, non tardaueris reddere, quia requirit illud dominus deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, si nolueris polliceri absq; peccato eris.

Ibid. * Quod autem semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo & propria uoluntate, et ore tuo loquutus es.

Leuit. 27. Animal quod immolari potest, si quis uouerit, sanctum erit & mutari nō poterit, nec melius malo, nec peius bono, Omne quod domino consecratur, siue homo fuerit siue animal, siue ager, non ueniet nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino.

Nume. 6. ¶ Ista est lex Nazarei, cum uouerit oblationē suam domino tempore consecrationis sue, & ab initio. Vir siue mulier cum fecerint uotum ut sanctificentur, & se uoluerint domino cōsecrare, a uino et omni quod inebriare potest, abstinebunt infra. Vuas recentes siccasq; non comedent etc. Nouacula non ascēdat super caput eius.

¶ Quando uotum mulieris obliget, dominus decreuit in Numeris.

Psal. 57. ¶ Vouete & reddite domino uestro, omnes qui in

circuitu eius offertis munera.

¶ Vota mea reddam in conspectu omnium.

¶ Tibi reddam uota mea quę distinxerunt, &c.

¶ Sapiens ait. Vota iustorum placabilia. Pro. 15.

¶ Si quid uouisti deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcunque uoueris redde, multoq; melius est non uouere, quam post uotum promissa non reddere. Eccle. 5.

¶ Esaias ait. In die illas. Euangelij colent eum in hostiis & muneribus, & uota uouebunt domino et soluent, & placabitur illis & sanabit eos. Esaie. 19.

¶ Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, et uotum faciens, immolat debile domino. Quia rex magnus ego, dicit dominus. Malac. 1.

¶ Adulescentiores uiduas deuita, cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Si uidue iuniores damnationem habent, quia primā fidem irritam fecerunt, quid tunc de Monachis fratribus et Nōnis nostris Lutheranis sacrilegis fornicatoribus et adulteris. 1. Timo. 5

¶ Aquila totunderat sibi caput (.s. more nazareorum) habebat enim uotum. Actu. 18.

¶ Sunt nobis quatuor uiri uotum habentes super se, his assumptis sanctifica te cum illis, ita hortabantur fratres paulum, quod & fecit. Actu. 21.

¶ Maria uouit castitatem. Quomodo fiet hoc quoniam uirū nō cognosco? idest, uirginitatē seruare propono. Lucæ. 1.

¶ Rechabite dixerunt, Non bibemus uinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis di Hiere. 35

cens. Non bibetis uinum uos & filij uestri usque in sempiternum, & domum non ędificabitis, & sementem non seretis, & uineas non plantabitis nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus uestris &c. & commendantur ibi a domino,

Secundum axioma.

¶ Et uota ppetua esse meliora, pp perseuerātiam.

Philip. 1. ¶ Confido in hoc ipsum; quia qui cœpit opus bonum in uobis perficiet usque in diem Iesu Christi.

Philip. 4. ¶ Omnia possum in eo qui me confortat.

Esa. 56. ¶ Hæc dicit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerunt fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Matth. 19 ¶ Sunt eunuchi qui se ipsos castrarunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat.

1. Cor. 7. ¶ Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint sicut et ego, quod si se non continent nubant, infra. De uirginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanq̄ misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis. Cōstat iam iure diuino licitum esse uouere, & præceptum exequi de continendo, de non bibendo uinum &c.

¶ Dionysi. in epistola ad Gaium meminit claustralium & appellat eos cultores & cultrices, therapentas, similiter Ignatius in episto. ad Tarsen. firmat.

Obijciunt hęretici.

1 ¶ Christus donauit nobis libertatem, uota redigunt

in seruitutem.

2 ¶ Christus uoluit consilia esse libera, & uotarij faciunt illa præcepta.

3 ¶ Sunt adinuentiones humanæ, & addunt ad scripturam Deutro. xij. Non addas ad uerbum quod locutus sum, nec minuas. Apoca. xxij. Siquis apposuerit ad hæc apponet deus super illum plagas scriptas in hoc libro.

4 Vota non renouant internum hominum, sed solũ exteriora opera, quæ magis hypocritas faciunt, quàm sanctos, ideo dixit Paulus. Exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualet. I. Tim. 4.

5 ¶ Porrò opera illa externa extinguunt fidem, eneruant spem cum illis fiditur, plus quàm misericordie dei.

6 ¶ Votarij traditiones suas pluris ducunt quàm mandata dei. Luce. xi. Ve uobis scribe & pharisei, qui decimatis mentam & rutam, & quoduis olus & præteritis iudicium & charitatem dei. Lucæ. 11

7 ¶ Baptismo fidelis est astrictus ad regulam Euangelicam, præsumptuosum est se uelle ad maiorem regulam coartare, cum omni conatu nõ possit plus præstare.

Respondet uotarius Christianus.

¶ Vota bene redigunt in seruitutem Christi, at hæc seruitus est summa libertas. Vnde apost. liberati à peccato, serui facti estis iustitię, et deo. Imo seruire deo est regnare cum ipso. Vnde obligatio ad uoti redditionem in nullo repugnat libertati christianę sicut neq; obligatio ad præceptorum ad impletionem. Et sicut præceptorum transgressio. ita et uotorum non obseruantia deijcit De primo Roma. 6.

2.Petr.2. in seruitutem peccati. Vnde Lutherani notorii suorum transgressores serui sunt corruptionis turpissimi.

De scdo. Co.de pactis.l. pacta. ¶ Consilia sunt libera in communi, sed accedente promissione fiunt obligatoria, de hominibus ait, praetor pactum seruabo, cur deo pacta non seruaremus, Ideo deus non praecipit uota fieri, sed uota reddi.

Math.19. de uoto et uoti redempti ca.13. * Vt enim matrimoinum ante contractum liberum est, ubi autem contractum fuerit firmum & indissolubile est, adeoque necessarium, ut citra grande piaculum (extra seruatoris casum) diuortium cogitari non possit. Ita & de uoto, unde Innocen.iij. Licet uniuers. sit liberum arbitrium inuouendo, usque adeo tamen solutio necessaria est post uotum, ut sine proprie salutis dispendio, alicui non liceat resilire, unde saluator. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno dei. Et memores estote uxoris Loth, quae retro respiciens, conuersa est, in statuam salis. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et apostolus Tantum qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, idest, usque ad mortem. Ruina enim est homini deuotare sanctos, & post uota retractare. Reddite igitur ò uotarij, quae sunt dei, (hoc est uota uestra) deo, ut salui fieri mereamini.

Luc.9. Lucae.17. Gen.19. Matt.10. & .24. 2.Tess.2. Prou.20. Matt.22.

De tertio ¶ Et si regule monachorum & fratrum ab hominibus sint condite, fluunt tamen & fundantur in sacris literis, nam in his nihil aliud habetur, quàm saluberrima monita euangelij, & compendiarie illius uie.

¶ Quomodo nihil debeat addi sacris literis, fuit dictum puncto duodecimo obiectione secunda.

¶ Opera externa à regulis dictata, non renouãt hõminem internum, tamen adiuuant spiritum, ne nimium corpus aggrauet animam. Quae si fiant solùm ut uideantur ab hominibus hypocritica sunt, si ad gloriam dei, laudabilia. Apostolus nõ uult nihil esse exercitatio nẽ corporeã, sed modicam esse si ad pietatẽ conferatur. De quart.

¶ Adeo externa opera non exigunt fidem, ut illis maxime nutriatur, quia fides sine operibus mortua est. At si quis in operibus praesumeret, iam ille merito reus esset. Si feceritis omnia praecepta sunt uobis, dicite quia serui inutiles sumus. De quint. Luc. 17.

¶ Qui negligunt praecepta dei male faciunt, siue sint religiosi, siue layci.

¶ Ut commodius religiosi perficiant praecepta euãgelica, & quod in baptismo promiserunt, ideo uouent regulas tanq̃ promouentia, ut expedite deo seruiant. De sexto. De septĩo

Copiose de his in Schatzgero.

¶ Chrysostomus in defensionem monastices scripsit tres libros. Vide eum Homilia quinquagesima sexta, quasi in fine, super Mattheum. Chrysost.

DE COELIBATU CLERICOrum. CAP. XVIII.

CUm in superiori puncto Christus laudauerit se castrantes propter regnum dei, & Paulus uirgines, sequitur improbantes coelibatum, Christum & Paulum conculcare. Scortum & uile prostibulum non ducet sacerdos uxorem, nec eam quae repudiata est à ma Matt. 19. 1. Cor. 7. Leuit. 21.

rito, quia consecratus est à deo suo. & panes propositio nis offert, sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum, do minus qui sanctifico uos. Et hodie offerentibus panem uiuum, qui de cœlo descendit Luther permittit concubi nas & scorta ducere.

Ibidem. ¶ De summo sacerdote, uirginem ducet uxorem, ui duam autem & repudiatam & sordidam atq; mere tricem non accipiet.

Ezec. 44 ¶ Et uiduam & repudiatam non accipient uxores. sed uirgines, de semine domus Israel. Sed & uiduam quæ fuerit uidua à sacerdote, accipient.

Exod. 19. ¶ Deus Moysi non præceperat in preparando ad receptionem legis, ne appropinquarent uxoribus suis, & tamen Moyses inhibuit eis dicens Estote parati in diem tertiũ, & ne appropinquetis uxoribus uestris.

Pre. 21. ¶ Dixit Abimelech ad Dauid. Non habeo laycos panes ad manum, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducent.

1. Cor. 7. ¶ Volo autem uos sine sollicitudine esse, qui sine uxo re est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo, qui aũt cum uxore est, sollicitus est quæ dñi sunt mundi quõo placeat deo uxori, & diuisus est et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domĩ sunt ut sit sancta corpore & spiritu.

1. Cor. 7. Paulus monet coniugatos, ut aliquan to tempore abstineant ab usu coniugali, ut commodius uacent orationi, at sacerdotes perpetuo debent astare altaribus, perpetuo itaq; abstineant à coniugio.

Canon ap posto. 17. ¶ Si quis post baptisma secundis nuptijs fuerit co pulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse nec

episcopus, nec præsbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

¶ Placet ut episcopi, præsbyteri, et diaconi, uel qui sacramēta contrectant, pudicitiæ custodes, ab uxoribus se abstineant. In ti. iij. dicitur, ut quod apostoli docuerūt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Conciliū Carthagi.

¶ Præsbyter, qui uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere statuimus, quod si fornicarius fuerit, uel adulterium commiserit, extra ecclesiam abijciatur, & pœnitentiam agat. Præsbyter si uxorem duxerit, ab ordine deponatur. Hierony. contra Vigilantium, inuehitur contra episcopos qui non ordinabant diaconos, nisi prius duxissent uxores, nulli cœlibi credentes pudicitiam. Imo ostendentes, q̄ sanctè uiuant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi pregnantes uxores uiderint &c. Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient orientis ecclesiæ? quid Ægipti & sedis apostolicæ? quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desinunt. Calixtus Papa statuit ante. m. ccc. annos, præsbyteris, diaconis, et subdiaconis & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere, pœnitus interdicimus. Aug. Sed forte dicatur. s. & bonum est nubere, cur sacerdotibus nō licet habere? Chriso. homilia. xxi. parte. iiij. ad Theodorum monachum improbat uotariorum matrimonia. Policarpus, uirgines in casta conscientia ambulate. Ergo tunc erant perseuerantes in uirginitate, sicut Matthe. Iphigeniā consecrauit. Origenes homil. xxiij. super Numeri. Videtur mihi quod illius solius est offerre sacrifi-

Cęsariēse

Hiero.

Calixtus.

Aug. ī. q. no. et uet. test. q. ult. ad Philip.

Policar.

Origen.

cium indesinens, qui indesinenter & perpetue se deuouerit castitati.

Obijcit Hæreticus.

1 ¶ *Sacerdotes ueteris legis habebant uxores.*

2 ¶ *Græci in hunc diem & Calabri habent uxores.*

Genes. 2. 3 ¶ *Crescite & multiplicamini.*

1. Tim. 4. 4 ¶ *Paulus prædixit, uenturos attendentes spiritibus erroris, qui prohibent nubere.*

Ad Tit. 1. 5 ¶ *Præcepit Tito ut deligat unius uxoris uirum epum.*

6 ¶ *Castitas est libera, traditiones faciunt necessariá.*

7 ¶ *Melius est nubere quàm uri.*

1. Cor. 7. 8 ¶ *Votum de uirginitate ē stultū, quia impossibile, & Papa humanis traditionibus uult mortificare carnem, ubi deberet recurri ad gratiam dei.*

¶ *In his est radix eorum quæ Ionas ille impurus, contra Fabrum nostrum effutiuit.*

De prio. ¶ *Primum diluit Ambrosius super epistolas ad Timothe. Veteribus idcirco hoc concessum est Leuitis & sacerdotibus uxores ad usum habere, quia multum tempus otio uacabant à ministerio & sacerdotio, multitudo enim erat sacerdotum, & unusquisq; certo tempore*

1. Para. 21 *seruiebat, secundum institutum. Dauid qui xxiiij. classes constituit sacerdotum, infra. Nunc autem omnes à consuetu fœminæ abstinere debent, quia necesse ē eos quotidie in ecclesia præsto esse, nec habere dilationem. Et quia soli de tribu Leui ministrabant, ideo ut conseruarentur per propagationem non poterant seruare perpetuam castitatem, alioqui defecissent ministri templi, Porrò aliquot diebus abstinebant sacrificaturi in uete. te-*

sta. Et sacerdotes uete. testa. tractabant panis propositionis, carnes hircorum, boum, agnorum &c. nostri sacerdotes, corpus & sanguinem Christi tractant.

¶ Græci habēt uxores, at nullus sacerdos apud Græcos ducit uxorem, sed bene qui duxit uxorem uirginem ordinatur in sacerdotem. Quod si uxor moriatur, remanebit uiduus. Coniugatus itaq; efficitur sacerdos, sed sacerdos nunq̃ efficitur coniugatus. Vnde à morte Saluatoris non est auditum, sacerdotem duxisse uxorem, nisi quod iam temere attentant audaculi Lutherani. De secdo. 3. Nota.

¶ Præcepit hoc deus quando erat replenda terra, at modo cœlum, tunc pauci erant prolificantes, iam innumeri. Vnde lex illa nō est de permanentibus, quo ad singulos de multitudine, alioquin Ioannes baptista peccasset, qui uirgo permansit, peccasset Maria, quæ uirginitatem proposuit, peccasset. Paulus, qui consuluisset uirginitatem. Christus non laudasset eunuchos. De tertio.

* Vnde præceptum illud etiam confirmatum à saluatore Matth. xix. quod deus coniunxit homo non separet, datum est toti multitudini hominum, non autem cuilibet de multitudine, sicut etiam præceptum de agricultura. Non enim oportet singulos homines, aliquos tamen necesse est esse agricolas. Ita etiam non oportet omnes et singulos homines uacare generationi, necesse tamen est aliquos hominum propagationi operam dare. Ita est de multis alijs, necessarys quidem toti communitati. Non tamen oportet illa per omnes & singulos fieri sed sufficit quod per aliquos fiant.

¶ Ecclesia non prohibet nuptias, sed quando aliqui De quart.

sunt uoto alligati, prohibet uotum uiolari, nam ante uotum liberum erat nubere, sicut coniugatus est prohibitus contrahere, sic ecclesia non uult uouentem tradere potestatem sui corporis alteri, quo tradidit Christo. Tales autem hæretici, quos prædixit Paulus, fuerunt Marcion & Manes qui damnauerunt nuptias.

De quin. ¶ Paulus non præcipit episcopum esse cõiugatum, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent episcopi, sed noluit episcopum esse bigamum, ita Hierony. & alij. Hinc bigamum nõ admittit ecclesia hic edocta à Paulo. Et ita hic modum descripsit Paulus, intra quem se contineat episcopus, ne ducat secundam uxorem.

* Vnde q̃uis is qui multas habuerit concubinas, ordinetur in sacerdotem uel episcopum, non tamen qui plures legittimas habuit uxores. Cuius ratio est, quia hæc institutio est non propter incontinentiã tantum, sed propter repræsentationem sacramenti. Sponsus enim ecclesiæ (quem sacerdos repræsentat) est Christus, & una ẽ ecclesia. Can. v. Vna est columba mea. Et ideo bigamum ecclesia non admittit. Hæc Augu. in sen. li. de bono coniugali.

De sexto. ¶ Castitas est libera, sed præcepta uouenti, nec tamen repugnat libertati spiritus, sed promouet, nam etiã deus libere producit spiritum sanctum & necessario.

De septio ¶ Melius est nubere quàm uri, sed bonum est homini mulierem non tangere. Non uult Apostolus illum uri, qui à carne tentatur, sed ille uritur, qui à concupiscẽtie flammis superatur, huic melius esset nubere, quàm perpetuo in sordibus uolutari, dic contrarium, & Pau

lum facies nubentem, quia patiebatur stimulum.

¶ Fateor difficile esse continere, at regnum cœlorũ vim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Tentamur omnes à carne, at fidelis est deus, qui non patitur nos tentari, supra, id q̃d possumus, sed facit cum tentatione prouẽtũ ut possimus sustinere. Dicis uotũ illud esse impossibile. De octu. Matt. 11. 1. Cor. 10

¶ Si respicis ad naturam, etiam multa alia sunt impossibilia nobis, si respicis gratiã dei adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datũ est. Ideo sapiens ait: Scio, quoniam aliter non possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum. Nouum genus uincendi tentationes carnis, adfert nobis hæreticus, ut. s. desideriis carnis obediamus, contra totam scripturam. Sapien. 8.

DE CARDINALIBVS ET LEgatis Sedis apostolicę. Cap. xix.

CHristus associauit sibi. xij. apostolos, & . lxxij. duos discipulos, illos mittebat ubi opus erat.

¶ Et fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare. Marci. 6.

¶ Post hæc designauit dominus & alios. lxxij. & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem. Lucæ. 10. Sic Papa sibi adhibet assistentes Cardinales, & forte prius in re discipuli fuerunt Cardinales, q̃ apostoli.

¶ Bernardus ad Eugenium, hi quoq; tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudices, collaterales, coadiutores. Isidorus testatur. s. Petrũ in urbe Roma de Bernard. Isidorus.

legisse sibi assistentes sacerdotes & diaconos. In sui.n. adiutorium assumpsit Linum, Cletum & Clementem. Linus crescente ecclesia, præsbyteros.x. & episcopos. xi. consecrauit, sic Cletus, sic Clemens, sic Anacletus fecerunt. Tamen Euaristius primus titu.i. ecclesias cum plebibus in urbe Roma presbyteris diuisit, septem diaconos instituit, qui Ro. Pon. obseruarent. Marcellus aucto iam numero titulos.v.& .xx. in urbe constituit, ut baptismo & sepulture oportune prospicerent. In primitiua ecclesia non dicebantur nisi præsbyteri & diaconi urbis Ro. tamen postea inditum fuit eis nomen Cardinalium, ut aliquę historię uolunt sub Pontiano Papa aliquę sub Marcello, aliquę sub Siluestro, aliquę adhuc recentius nomen existimant. Hinc solent.b. Hieronym. præsbyterum urbis Romę appellare, non Cardinalem; licet Donatio Constantini indicet antiquius fuisse Cardinalium nomen, tamen reijci non potest, quin Stephanus Papa nomine illo usus sit, quando constituit nullum eligi pontificem, nisi ex Cardinalibus. Inuenio autem tempore Symachi papæ, & Grego.ij lxiiij. fuisse titulos in urbe Ro. puta Laurentij, Cecilie, Sixti, Marcelli, Susanne, Anastasie, Marie trans Tyberim, Ioānis & Pauli &c. Ad concilium Nicenum, Siluester misit Cordubensem episcopum, Victorem & Vincentium, præsbyteros urbis Romæ. In causa appellationis super depositione episcopi decreuit concilium Nicenum, Papam committere causam episcopis uicinis, aut è latere suo præsbyterum mittat. Ecce legatos à latere tempore concilij Niceni, ante, M.cc. annos. Siluester misit ad con

Euaristius

Hiero.

dist.78.c. oportebat

Legati à latere.

cilium Arlatense Claudum & Habitum præsbyteros, Eugenium & Quinatum diaconos ecclesię Romanæ. Tempore martyrum solebant legatos appellare apochrisarios, sicut sanctus Fabianus papa & sanctus Zepherinus miserunt apochrisarios suos in orientem. Leo papa misit ad concilium Calcedonense Paschasium & Lucensem episcopos, & Bonifacium presbyterū Rom. ecclesię. Sub Agatone papa legati ad.vi.synodum fuerunt Theodorus & Gregorius presbyteri, Ioannes diaconus. In septima synodo legati fuerunt Petrus, Petrus præsbyteri. & abbas monasterij.s.Sabine. In octaua synodo missi sunt Donatus Hostiensis, Stephanus Ephesinus episcopi, Marinus diaconus ecclesię Romanæ & Anastasius famosissimus bybliothecarius. Missi fuerant à Leone ad secundam synodum Ephesinam, Iulius episcopus, Hylarius diaconus & Dulcitius protonotarius, licet non uoluerint adire synodum, intelligentes dolos Dioscori. In Sardicensi concilio missus fuit Osius Cordubensis (idem qui in concilio Niceno) cum Fortunatiano Aquilegiensi & Vincentio de Capua, In concilio Frāckfordensi ad Menum, legati sedis apostolicæ præsidentes, fuerunt Theophilactus & Stephanus episcopi, quando heresis Feliciana fuit damnata, quæ usum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusius ista reperies in libro nostro de primatu Petri libro tertio capite decimo nono.

Apochrisarij.

cens. Non bibetis uinum uos & filij uestri usq; in sempiternum, & domum non ędificabitis, & sementem non seretis, & uineas non plantabitis nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus uestris &c. & commendantur ibi a domino,

Secundum axioma.

¶ Et uota ppetua esse meliora, pp perseuerātiam.

Philip. 1. ¶ Confido in hoc ipsum; quia qui cœpit opus bonum in uobis perficiet usq; in diem Iesu Christi.

Philip. 4. ¶ Omnia possum in eo qui me confortat.

Esa. 56. ¶ Hæc dicit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerunt fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Matth. 19 ¶ Sunt eunuchi qui se ipsos castrarunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat.

1. Cor. 7. ¶ Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permanserint sicut et ego, quod si se non continent nubant, infra. De uirginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanq̄ misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis. Cōstat iam iure diuino licitum esse uouere, & præceptum exequi de continendo, de non bibendo uinum &c.

¶ Dionysi. in epistola ad Gaium meminit claustralium & appellat eos cultores & cultrices, therapentas, similiter Ignatius in episto. ad Tarsen. firmat.

Obijciunt hęretici.

1 ¶ Christus donauit nobis libertatem, uota redigunt

in seruitutem.

2 ¶ Christus uoluit consilia esse libera, & uotarij faciunt illa præcepta.

3 ¶ Sunt adinuentiones humanæ, & addunt ad scripturam Deutro. xij. Non addas ad uerbum quod locutus sum, nec minuas. Apoca. xxij. Siquis apposuerit ad hæc apponet deus super illum plagas scriptas in hoc libro.

4 Vota non renouant internum hominem, sed solū exteriora opera, quæ magis hypocritas faciunt, quàm sanctos, ideo dixit Paulus. Exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualet. I. Tim. 4.

5 ¶ Porrò opera illa externa extinguunt fidem, eneruant spem cum illis fiditur, plus quàm misericordie dei.

6 ¶ Votarij traditiones suas pluris ducunt quàm mandata dei. Luce. xi. Ve uobis scribe & pharisei, qui decimatis mentam & rutam, & quoduis olus & præteritis iudicium & charitatem dei. Lucæ. 11

7 ¶ Baptismo fidelis est astrictus ad regulam Euangelicam, præsumptuosum est se uelle ad maiorem regulam coartare, cum omni conatu nō possit plus præstare.

Respondet uotarius Christianus.

¶ Vota bene redigunt in seruitutem Christi, at hæc seruitus est summa libertas. Vnde apost. liberati à peccato, serui facti estis iustitię, et deo. Imo seruire deo est regnare cum ipso. Vnde obligatio ad uoti redditionem in nullo repugnat libertati christianę sicut neq; obligatio ad præceptorum ad impletionem. Et sicut præceptorum transgressio, ita et uotorum non obseruantia deijcit De primo Roma. 6.

2.Petr.2. *in seruitutem peccati.* Vnde Lutherani notorii suorum *transgressores serui sunt corruptionis turpissimi.*

De scdo. Co.de pa ctis.l. pa cta. ¶ *Consilia sunt libera in communi, sed accedente promissione fiunt obligatoria, de hominibus ait, prætor pactum seruabo, cur deo pacta non seruaremus.* Ideo *deus non præcipit uota fieri, sed uota reddi.*

Math.19. de uoto et uoti redde pti ca.13. * Vt enim matrimoinum ante contractum liberum est, *ubi autem contractum fuerit firmum & indissolubile est, adeoque necessarium, ut citra grande piaculum (extra seruatoris casum) diuortium cogitari non possit.* Ita & *de uoto, unde* Innocen.iij. *Licet uniuers. sit liberum arbitrium inuouendo, usque adeo tamen solutio necessaria est post uotum, ut sine proprie salutis dispendio, alicui*

Luc.9. Lucæ.17. Gen.19. Matt.10. & 24. 2.Tess.2. Prou.20. Matt.22. *non liceat resilire, unde saluator.* Nemo mittens manum *suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno dei.* Et *memores estote uxoris* Loth, *quæ retro respiciens, conuersa est in statuam salis.* Qui autem perseue*rauerit usque in finem, hic saluus erit.* Et apostolus Tan*tum qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, idest, usque ad mortem.* Ruina *enim est homini deuotare sanctos, & post uota retractare.* Reddite igitur ô uotarij, *quæ sunt dei, (hoc est uota uestra) deo, ut salui fieri mereamini.*

De tertio ¶ Et *si regule monachorum & fratrum ab hominibus sint condite, fluunt tamen & fundantur in sacris literis, nam in his nihil aliud habetur, quàm saluberrima monita euangelij, & compendiarie illius uie.*

¶ Quomodo *nihil debeat addi sacris literis, fuit dictum puncto duodecimo obiectione secunda.*

¶ Opera externa à regulis dictata, non renouāt hōminem internum, tamen adiuuant spiritum, ne nimium corpus aggrauet animam. Quæ si fiant solùm ut uideantur ab hominibus hypocritica sunt, si ad gloriam dei, laudabilia. Apostolus nō uult nihil esse exercitatio nē corporeā, sed modicam esse si ad pietatē conferatur. De quart.

¶ Adeo externa opera non exigunt fidem, ut illis maxime nutriatur, quia fides sine operibus mortua est. At si quis in operibus præsumeret, iam ille merito reus esset. Si feceritis omnia præcepta sunt uobis, dicite quia serui inutiles sumus. De quīto

¶ Qui negligunt præcepta dei male faciunt, siue sint religiosi, siue layci. Luc. 17.

¶ Vt commodius religiosi perficiant præcepta euāgelica, & quod in baptismo promiserunt, ideo uouent regulas tanq̄ promouentia, ut expedite deo seruiant. De sexto. De septīo

Copiose de his in Schatzgero.

¶ Chrysostomus in defensionem monastices scripsit tres libros. Vide eum Homilia quinquagesima sexta, quasi in fine, super Mattheum. Chrysost.

DE COELIBATV CLERICOrum. CAP. XVIII.

CVm in superiori puncto Christus laudauerit se castrantes propter regnum dei, & Paulus uirgines, sequitur improbantes cœlibatum, Christum & Paulum conculcare. Scortum & uile prostibulum non ducet sacerdos uxorem, nec eam quæ repudiata est à ma Matt. 19. 1. Cor. 7. Leuit. 21.

rito, quia consecratus est à deo suo & panes propositio nis offert, sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum, do minus qui sanctifico uos. Et hodie offerentibus panem uiuum, qui de cœlo descendit Luther permittit concubi nas & scorta ducere.

Ibidem. ¶ De summo sacerdote, uirginem ducet uxorem, ui duam autem & repudiatam & sordidam atq; mere tricem non accipiet.

Ezec. 44 ¶ Et uiduam & repudiatam non accipient uxores. sed uirgines, de semine domus Israel. Sed & uiduam quæ fuerit uidua à sacerdote, accipient.

Exod. 19. ¶ Deus Moysi non præceperat in preparando ad receptionem legis, ne appropinquarent uxoribus suis, & tamen Moyses inhibuit eis dicens Estote parati in diem tertiũ, & ne appropinquetis uxoribus uestris.

Pre. 21. ¶ Dixit Abimelech ad Dauid. Non habeo laycos panes ad manum, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducent.

1. Cor. 7. ¶ Volo autem uos sine sollicitudine esse, qui sine uxo re est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo, qui aũt cum uxore est, sollicitus est quæ dñi sunt mundi qũo placeat deo uxori, & diuisus est et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domĩ sunt ut sit sancta

1. Cor. 7. corpore & spiritu. Paulus monet coniugatos, ut aliquan to tempore abstineant ab usu coniugali, ut commodius uacent orationi, at sacerdotes perpetuo debent astare altaribus, perpetuo itaq; abstineant à coniugio.

Canon ap posto. 17. ¶ Si quis post baptismα secundis nuptys fuerit co pulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse nec

episcopus, nec præsbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

¶ Placet ut episcopi, præsbyteri, et diaconi, uel qui sacramēta contrectant, pudicitie custodes, ab uxoribus se abstineant. In ti. iij. dicitur, ut quod apostoli docuerūt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Conciliū Carthagi.

¶ Præsbyter, qui uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere statuimus, quod si fornicarius fuerit, uel adulterium commiserit, extra ecclesiam abijciatur, & pœnitentiam agat. Præsbyter si uxorem duxerit, ab ordine deponatur. Hierony. contra Vigilantium, inuehitur contra episcopos qui non ordinabant diaconos, nisi prius duxissent uxores, nulli cœlibi credentes pudicitiam. Imo ostendentes, q̄ sancte uiuant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi pregnantes uxores uiderint &c. Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient orientis ecclesiæ? quid Ægipti & sedis apostolicę? quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desinunt. Calixtus Papa statuit ante m. ccc. annos, præsbyteris, diaconis, et subdiaconis & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere, pœnitus interdicimus. Aug. Sed forte dicatur. si & bonum est nubere, cur sacerdotibus nō licet habere? Chriso. homilia. xxi. parte. iiij. ad Theodorum monachum improbat uotariorum matrimonia. Policarpus, uirgines in casta conscientia ambulate. Ergo tunc erant perseuerantes in uirginitate, sicut Matthe. Iphigeniā consecrauit. Origenes homil. xxiij. super Numeri. Videtur mihi quod illius solius est offerre sacrifi- Cęsariēse Hiero. Calixtus. Aug. ſ. q. no. et uet. test. q. ult. ad Philip. Policar. Origen.

cium indesinens, qui indesinenter & perpetue se deuouerit castitati.

Obijcit Hæreticus.

1 ¶ Sacerdotes ueteris legis habebant uxores.

2 ¶ Græci in hunc diem & Calabri habent uxores.

Genes. 2. 3 ¶ Crescite & multiplicamini.

1. Tim. 4. 4 ¶ Paulus prædixit, uenturos attendentes spiritibus erroris, qui prohibent nubere.

Ad Tit. 1. 5 ¶ Præcepit Tito ut deligat unius uxoris uirum epũm.

6 ¶ Castitas est libera, traditiones faciunt necessariã.

7 ¶ Melius est nubere quàm uri.

1. Cor. 7. 8 ¶ Votum de uirginitate ẽ stultũ, quia impossibile, & Papa humanis traditionibus uult mortificare carnem, ubi deberet recurri ad gratiam dei.

¶ In his est radix eorum quæ Ionas ille impurus, contra Fabrum nostrum effutiuit.

De prĩo. ¶ Primum diluit Ambrosius super epistolas ad Timothe. Veteribus idcirco hoc concessum est Leuitis & sacerdotibus uxores ad usum habere, quia multum tempus otio uacabant à ministerio & sacerdotio, multitudo enim erat sacerdotum, & unusquisque certo tempore

1. Para. 21 seruiebat, secundum institutum. Dauid qui xxiiij. classes constituit sacerdotum, infra. Nunc autem omnes à conuentu fœminæ abstinere debent, quia necesse ẽ eos quotidie in ecclesia præsto esse, nec habere dilationem. Et quia soli de tribu Leui ministrabant, ideo ut conseruarentur per propagationem non poterant seruare perpetuam castitatem, alioqui defecissent ministri templi, Porrò aliquot diebus abstinebant sacrificaturi in uete. te-

sta. Et sacerdotes uete. testa. tractabant panis propositionis, carnes hircorum, boum, agnorum &c. nostri sacerdotes, corpus & sanguinem Christi tractant. De scdo.

¶ Graeci habēt uxores, at nullus sacerdos apud Graecos ducit uxorem, sed bene qui duxit uxorem uirginem ordinatur in sacerdotem. Quod si uxor moriatur, remanebit uiduus. Coniugatus itaq; efficitur sacerdos, sed sacerdos nunq̄ efficitur coniugatus. Vnde à morte Saluatoris non est auditum, sacerdotem duxisse uxorem, nisi quod iam temere attentant audaculi Lutherani. 3. Nota.

¶ Praecepit hoc deus quando erat replenda terra, at modo coelum, tunc pauci erant prolificantes, iam innumeri. Vnde lex illa nō est de permanentibus, quo ad singulos de multitudine, alioquin Ioannes baptista peccasset, qui uirgo permansit, peccasset Maria, quae uirginitatem proposuit, peccasset. Paulus, qui consuluisset uirginitatem. Christus non laudasset eunuchos. De tertio.

* Vnde praeceptum illud etiam confirmatum à saluatore Matth. xix. quod deus coniunxit homo non separet, datum est toti multitudini hominum, non autem cuilibet de multitudine, sicut etiam praeceptum de agricultura. Non enim oportet singulos homines, aliquos tamen necesse est esse agricolas. Ita etiam non oportet omnes et singulos homines uacare generationi, necesse tamen est aliquos hominum propagationi operam dare. Ita est de multis alijs, necessarijs quidem toti communitati. Non tamen oportet illa per omnes & singulos fieri sed suffi cit quod per aliquos fiant.

¶ Ecclesia non prohibet nuptias, sed quando aliqui De quart.

sunt uoto alligati, prohibet uotum uiolari, nam ante uotum liberum erat nubere, sicut coniugatus est prohibitus contrahere, sic ecclesia non uult uouentem tradere potestatem sui corporis alteri, quo tradidit Christo. Tales autem hæretici, quos prædixit Paulus, fuerunt Marcion & Mantes qui damnauerunt nuptias.

De quin. ¶ Paulus non præcipit episcopum esse cõiugatum, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent episcopi, sed noluit episcopum esse bigamum, ita Hierony. & alij. Hinc bigamum nõ admittit ecclesia hic edocta à Paulo. Et ita hic modum descripsit Paulus, intra quem se contineat episcopus, ne ducat secundam uxorem.

* Vnde quis is qui multas habuerit concubinas, ordinetur in sacerdotem uel episcopum, non tamen qui plures legittimas habuit uxores. Cuius ratio est, quia hæc institutio est non propter incontinentiã tantum, sed propter repræsentationem sacramenti. Sponsus enim ecclesiæ (quem sacerdos repræsentat) est Christus, & una ẽ ecclesia. Can. v. Vna est columba mea. Et ideo bigamum ecclesia non admittit. Hæc Augu. in sen. li. de bono coniugali.

De sexto. ¶ Castitas est libera, sed præcepta uouenti, nec tamen repugnat libertati spiritus, sed promouet, nam etiã deus libere producit spiritum sanctum & necessario.

De septio ¶ Melius est nubere quàm uri, sed bonum est homini mulierem non tangere. Non uult Apostolus illum uri, qui à carne tentatur, sed ille uritur, qui à concupiscẽtie flammis superatur, huic melius esset nubere, quàm perpetuo in sordibus uolutari, dic contrarium, & Pau

lum facies rubentem, quia patiebatur stimulum.

¶ Fateor difficile esse continere, at regnum cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Tentamur omnes à carne, at fidelis est deus, qui non patitur nos tentari, supra, id qđ possumus, sed facit cum tentatione prouētū ut possimus sustinere. Dicis uotū illud esse impossibile. De octa. Matt. 11. 1. Cor. 1

¶ Si respicis ad naturam, etiam multa alia sunt impossibilia nobis, si respicis gratiā dei adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datū est. Ideo sapiens ait: Scio, quoniam aliter non possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum. Nouum genus uincendi tentationes carnis, adfert nobis hæreticus, ut. s. desidrijs carnis obediamus, contra totam scripturam. Sapien. 8.

DE CARDINALIBVS ET LEgatis Sedis apostolicę. Cap. xix.

CHristus associauit sibi. xij. apostolos, & . lxxij. duos discipulos, illos mittebat ubi opus erat.

¶ Et fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare. Marci. 6.

¶ Post hæc designauit dominus & alios. lxxij. & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem. Sic Papa sibi adhibet assistentes Cardinales, & forte prius in re discipuli fuerunt Cardinales, q̄ apostoli. Lucæ. 10.

¶ Bernardus ad Eugenium, hi quoq; tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudices, collaterales, coadiutores. Isidorus testatur. s. Petrū in urbe Roma de Bernard. Isidorus.

legisse sibi assistentes sacerdotes & diaconos. In sui.n. adiutorium assumpsit Linum, Cletum & Clementem. Linus crescente ecclesia, presbyteros.x. & episcopos.xi. consecrauit, sic Cletus, sic Clemens, sic Anacletus fecerunt. Tamen Euaristius primus titu.i. ecclesias cum plebibus in urbe Roma presbyteris diuisit, septem diaconos instituit, qui Ro. Pon. obseruarent. Marcellus aucto iam numero titulos.v. & .xx. in urbe constituit, ut baptismo & sepulture oportune prospicerent. In primitiua ecclesia non dicebantur nisi præsbyteri & diaconi urbis Ro. tamen postea, inditum fuit eis nomen Cardinalium, ut aliqui historie uolunt sub Pontiano Papa aliqui sub Marcello, aliqui sub Siluestro, aliqui adhuc recentius nomen existimant. Hinc solent.b. Hierony. presbyterum urbis Rome appellare, non Cardinalem; licet Donatio Constantini indicet antiquius fuisse Cardinalium nomen, tamen reijci non potest, quin Stephanus Papa nomine illo usus sit, quando constituit nullum eligi pontificem, nisi ex Cardinalibus. Inuenio autem tempore Symachi papæ, & Grego.ij lxiiij. fuisse titulos in urbe Ro. puta Laurentij, Cecilie, Sixti, Marcelli, Susanne, Anastasie, Marie trans Tyberim, Ioannis & Pauli &c. Ad concilium Nicenum, Siluester misit Cordubensem episcopum, Victorem & Vincentium, præsbyteros urbis Romæ. In causa appellationis super depositione episcopi decreuit concilium Nicenum, Papam committere causam episcopis uicinis, aut è latere suo præsbyterum mittat. Ecce legatos à latere tempore concilij Niceni, ante. M.cc. annos. Siluester misit ad con

Euaristius

Hiero.

dist.78.c. oportebat

Legati à latere.

cilium Arlatense Claudum & Habitum præsbyteros, Eugenium & Quinatum diaconos ecclesię Romanæ. Tempore martyrum solebant legatos appellare apochrisarios, sicut sanctus Fabianus papa & sanctus Zepherinus miserunt apochrisarios suos in orientem. Leo papa misit ad concilium Calcedonense Paschasium & Lucensem episcopos, & Bonifacium presbyterū Rom. ecclesię. Sub Agatone papa legati ad.vi.synodum fuerunt Theodorus & Gregorius presbyteri, Ioannes diaconus. In septima synodo legati fuerunt Petrus, Petrus præsbyteri. & abbas monasterij. s. Sabinę. In octaua synodo missi sunt Donatus Hostiensis, Stephanus Ephesinus episcopi, Marinus diaconus ecclesię Romanæ & Anastasius famosissimus bybliothecarius. Missi fuerant à Leone ad secundam synodum Ephesinam, Iulius episcopus, Hylarius diaconus & Dulcitius protonotarius, licet non uoluerint adire synodum, intelligentes dolos Dioscori. In Sardicensi concilio missus fuit Osius Cordubensis (idem qui in concilio Niceno) cum Fortunatiano Aquilegiensi & Vincentio de Capua. In concilio Frāckfordensi ad Menum, legati sedis apostolicæ præsidentes, fuerunt Theophilactus & Stephanus episcopi, quando heresis Feliciana fuit damnata, quæ usum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusius ista reperies in libro nostro de primatu Petri libro tertio capite decimo nono.

Apochrisarij.

Matt.18. POtestatem excommunicandi instituit Christus loquens de fraterna correctione, post alia inquit, Dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

* Patet hic manifeste excommunicationem fieri auctoritate Christi, maxime ex his quæ subiungit dicens; Amen dico uobis quecunque alligaueritis super terram, (glosa.i.uinculo anathematis) erunt ligata & in cœlo.

Crisost. Vbi Chrisost. Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatibus, et pœna quę hic est, scilicet proiectione ab ecclesia. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & supplicio futuro quod est esse ligatum in cœlo.

Aug. habetur. 11. q.3.c.Nihil. ¶ Augustinus super Ioan. Nihil sic debet formidare Christianus, q̃ separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius. Si non est membrũ eius, non uegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit apostolus, spiritum dei non habet

Rom. 8. hic non est eius.

¶ Hieronymus, Quorum remiseritis peccata. &c.

Hiero.habetur ibi. retenta erunt, idest quibus interdixeritis ecclesiam, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, & ipsis ianua regni cœlestis clausa erit.

¶ Ego quidem absens corpore, præsens autem spi-

1.Cor.5. ritu, iam iudicaui ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi Satanæ

di Sathane in interitũ carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

Quidam circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymeneus & Alexander, quos tradidi sathane, ut discant non blasphemare. Huius potestatis meminit Paulus. *In uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ideo hęc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quàm dedit mihi in ędificationem. Si quis non amat dominum nostrũ Iesum Christum sit anathema maranatha. i. in aduentu domini. Quod si quis nõ obedierit uerbo nostro per epistolam hanc notate, & non commisceamini cum illo ut confundatur.* 1. Tim. 1. 1. Cor. 4. 2. Cor. 13 1. Cor. 16 2. Thess. 3.

Aug. *in quæstionib. uete. test. Hęc iam in ecclesia dei agit excommunicatio, quod in ueteri lege fuisse legitur interfectio.* Aug. q. 39

Non solum per apost. suos deus tradidit delinquentes in manus inimicorum sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solum soluendi, sed & ligandi, tradunt peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à corpore christi separantur, prosequitur postea, quomodo homines dupliciter traduntur in potestatem Zabuli. Amb. *super Psal. cxviij.* Loquens de excommunicatione subdit. *Recte ergo & sacerdos uulnus, ne latius serpat, à toto corpore ecclesiæ, quasi bonus medicus, debet abscindere, & prodere uirus criminis quod latet.* Orige. sup Iudi. homilia. 2. sermo. 8.

Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis, 2. Ioan. ca. unico.

qui enim det illi, aue cõmunicat opibus eius malignis.

1. Cor. 5. ¶ Scripsi uobis non commisceri fornicarijs, auaris aut rapacibus, aut idolis seruientibus, infra cum eius-

Titum. 3. modi nec cibum sumere, ecce excommunicatio. Hæreticum hoĩem post unam & secundam monitionem de uita. Hic habes hereticos fore excommunicatos.

Obijcit hæreticus.

1 ¶ Excommunicatio non est pœna, sed una declaratio, quia quilibet per peccatum excommunicat seipsum, & postea iudex declarat illum esse excommunicatum.

2 ¶ Excõmunicatio est medicinalis li. vi. de sen. excõ. ca. cum medicinalis. Ideo non est timenda, sed amanda.

Respondet Cath.

De primo * Pro huius argumenti solutionis intellectu scito, ꝙ excommunicatio est separatio à cõmunione ecclesiæ quo ad fructum & suffragia generalia. Triplex autem est fidelium communio. Vna extrinseca in similis orando in ecclesia, in missis & offic. diuinis, & in huius communionis priuatione non solum consistit excommunicatio. Alia est intrinseca per charitatem unientem christi membra per fidem formatam capiti christo & reliquis eius membris, de qua det præsens. Particeps ego sum omnium timentium te. Et hanc tollit peccatum, & non excommunicatio. tertia est communio extrinseca similis & intrinseca secundum communia suffragia quæ in ecclesia ab institutione ecclesiæ fiunt, ut in missis & alijs orationibus de qua dicitur in symbolo sanctorum communionem. Et hanc tollit excommunicatio & supponit oblatam communionem sanctorum per charita-

tem. His præmissis dicitur ad argumentum ꝙ excommunicatio ē pœna inflicta uel à iure uel ab homine, & nō solum declaratio pœne; nam clare b. Paul. indicat Corinthiū non traditum diabolo, sed tradende. Porrò quod inquit, quemlibet per peccatum seipsum excommunicare, uerum est excommunicatione minori. sed illa licet priuet hominem gratia diuina, tamen adhuc manet peccator unitus ecclesię, & mistico corpori ecclesiæ coniunctus, tanq̄ membrum aridum, at in excommunicatione maiori præscinditur de corpore. Non ꝙ omnino non sit de ecclesia, quia q̄diu tenet ueram fidem, est in ecclesia, sed quia priuatur participio suffragiorum ecclesiæ, quod competit homini, uel ex ui charitatis, uel ex intentione ecclesię, generaliter uolentis sua merita omnibus membris non præcisis conuenire.

¶ Et illius geminæ excommunicationis meminit Origenes, in illa homilia secunda Iudicum. Præterea si etiā per peccatum quis se traderet, diabolo, tamen per sententiam ab homine, uel à iure latam, diabolus ad huc maiorem in eo accipit potestatem, liquet de Iuda, quē primo inuasit diabolus cum iā cogitasset tradere Christum. Intrauit autem sathanas in Iudam (ait Lucas) & abijt & loquutus est cum principibus sacerdotum etc. Lucæ. 22

Et Ioan. ait. Cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas Symonis Iscarioth &c. tamen postea ad huc magis intrauit & possedit eum diabolus, eodem Ioan. dicente. Et cum intinxisset panem dedit Iudę Symonis Iscarioth, & post buccellam introiuit in eum sathanas. Ioan. 13.

De scdo. ¶ Excommunicatio est medicinalis, uerum si non contemnatur, nam ex fine dicitur medicinalis, quia ordinatur in hunc finem, quod ille resipiscat, & pœniteat, ac satisfaciat ecclesiæ, nullus autem amabit excommunicationem, nisi qui obstinatus magis uult tradi Sathanæ, quàm seruire Christo, & ab ecclesia uult haberi, sicut ethnicus & publicanus.

DE BELLO IN THVRCAS. CAP. XXI.

Sub existente rationabili causa, belligerare possunt Christiani, in Thurcas & hereticos.

Lucæ.3. ¶ Interrogabant Ioannem & milites dicentes, quid faciemus & nos? & ait illis. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, et contenti estote stipendijs uestris.

¶ Liquet quia bellum non prohibuit, sed bellantibus modum imposuit.

Roma. 13. ¶ Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit, non enim est potestas nisi à deo, infra. Si autẽ malum feceris, time, non enim sine causa gladium portat, dei enĩ minister est, uindex in irã ei qui male agit.

¶ Vnde filij Israhel à deo sibi datam terram promissionis non nisi bellando obtinuerunt, ut patet in libris Iosue, iudicum & regũ, Imo uoluit dominus deus continuum eos habere bellum contra infideles, unde dicitur

Iudic.3. Iudicum. iij. Hę sunt gentes quas dominus dereliquit ut erudiret in eis Israhelem, & omnes qui non nouerant bella chananeorum & postea discerent filij

eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praeliandi.

¶ Maledictus qui prohibet gladiũ suũ à sanguine. Hier. 48.

¶ Totum uetus testamentum plenum est, quomodo iussu & auxilio dei Iudęi non modo restiterunt infidelibus, sed etiam eos inuaserunt. Abrahã, Moyses, Iosue. I. Reg. 15

¶ Haec dicit dominus exercituum (ait Samuel ad Saul) Recensui quęcunque fecit Amalech, Israel, quomodo restitit ei in uia cum ascenderet de Egypto, nunc ergo uade, & percute Amalech & demolire uniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à uiro usque ad mulierẽ, & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & asinum. Quis iam fuit consiliarius domini, aut quis nouit sensum eius quando sit tempus, ut uelit puniri Thurcas per Christianos, sicut puniuit Amalechitas per Iudaeos.

¶ Hortabantur Machabei se inuicem dicentes. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, et non pugnauerimus aduersus gentes, pro animabus nostris & iustificationibus nostris, citius disperdent nos à terra. Ita & nos Christiani, nisi aduersus Thurcam crucis Christi hostem ferocissimũ pugnauerimus, citius disperdet nos delebitque Christi nomen à terra, quod optare uidentur isti rabule, mentientes pugnare contra Thurcam esse contra Christi Euangelium. I. Mac. 2

¶ Surrexit Iudas Machabeus et adiuuabant eum fratres eius, & uniuersi qui coniunxerant se patri eius, & praeliabantur prelium Israel cum letitia, & dilata- I. Mac. 3

uit gloriam populo suo. Ex quo patet licitum bellare pro reipublicæ defensione.

Ibidem. ¶ Nos pugnabimus pro animabus nostris & legibus nostris, & ipse dominus conteret eos, scilicet gentiles, ante faciem nostram.

1. Mac. 5. ¶ Abijt Simon in Galileam & commisit prælia multa cum gentibus.

1. Mac. 13 ¶ Dixit Simon uos scitis quanta ego & fratres mei & domus patris mei fecerimus pro legibus & pro sanctis prælia. Sanctissimum igitur est atque iustissimum prælia ri contra infideles Thurcas & hæreticos Thurcis ipsis impiores pro fidei, ecclesiæ, diuiniq; cultus conseruatio-

1. Mac. 3. ne. Accingimini, igitur ò christiani principes & estote filij potentes, estoteq; parati ut pugnetis aduersus nationes has impias, quæ conuenerunt disperdere nos, & sancta nostra, quoniam melius est nos mori in bello, quàm uidere mala gentis nostre & sanctorum.

¶ Augu. ad Bonifacium Comitem, utile tibi tuisq; dabo consilium, arripe manibus arma. oratio aures pulset authoris.

Li. 22. ¶ Et contra Faustum. Ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli authoritas atque consilium pœnes principes sit. Principibus di-

Psal. 81. citur. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Cur tunc non liberarent de manu Thurcæ. Maxime atteto eo, quod ui magnificat & extollit cultum Machumeti sui, in iniuriam creatoris nostri, & quod tertiam prolem sibi placentem aufert, in ritu Machumetico nutrit in perpetuam seruitutem, hinc gloriosissimus

Carolus, Gotfridus, Alphonsi, Ferdinandi, & alij infidelium destructores, per orbem Christianum celebri fama laudantur.

Obijcit hæreticus.

1 ¶ Bellare contra Thurcas, est repugnare uoluntati spiritus, uisitanti iniquitates nostras per illos.

2 ¶ Christianis oratione pugnet, non gladio.

3 ¶ Math. v. prohibetur defensio, ne nos opponamus angariantibus nos.

Respondet Catholicus.

¶ Plures hæretici iam, sicut & Oecolampadius, negant omnino Christianis licere bellare, quæ fuit hæresis Manichæorum, ut Augusti. contra Faustum docet, & ser. do. in monte sed respondeamus.

¶ Etiā si deus uisitet iniquitates nostras per Thurcum, tamen per hoc non inhibet nobis defensionem, alioquin cum nos uisitet per famem, pestem, ignem, bella, morbos, non congrueret nobis ulla prouisio contra famem, ulla medicina contra morbos, ulla fuga contra pestem. Ita enim deus uisitat suos, ut non derelinquat. Visitabo inquit, in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neq; nocebo in ueritate mea. De prio. Psal. 88.

¶ Fateor iustum bellatorem pulsare deum orationibus, attamen arma in manu capiat cum Machabeo, nā Moyse orante in mōte, Amalech uincitur gladio Iosue. Orent qui domi manent, alij arma in Thurcas ferant. De scdo. Exod. 17

¶ Ex consilijs & operibus perfectorum Lutherani faciunt præceptu, & cum adeo amari sint, ut nec uer- De tertio.

ba possint pati catholicorum, etiam pia, serui iniquitatis uolunt ut uerbera patiamur Thurcarum, desolationem templorum, uiolationem uirginum, & c. Quę enim ibi docet, praecipit in praeparatione cordis, non in ostensione operis, ait Augu. Sperandum est potius post tot erumnas & calamitates Christianitatis, amissis duobus
Psal. 136. *imperijs & .xxxvi. regnis. Deus tandem misereatur nostri & decantemus gaudenter. Filia Thurcae misera, beatus q. retribuet tibi retributionē quàm retribuisti nobis.*

DE IMMVNITATE ET DIVItijs ecclesiarum. Cap. xxij.

Psal. 104. NOlite tangere Christos meos.
I. Re. 26. ¶ Quis extendet manum suam in Christū domini, hoc dixit de unctione regis, quid de unctione sacerdotis.

Ioan. euā. discipul. ¶ Ignatius ad Pphiladelphien. Principes subditi estote Caesari, milites principibus, diaconi, presbyteris, ut sacrorum administratoribus, praesbyteri uero, & diaconi, atque omnis clerus simul, cum omni populo & militibus, atque principibus, sed et Cęsares obediant episcopo, Episcopus autem Christo, sicut patri Christus, & ita unitas per omnia seruatur.

¶ Ignatius ad Smyrnenses. Sacerdotium summa est
Ignatius. omnium bonorum, quę in hominibus constant, quod si quis inhonorauerit, deum inhonorat, & primogenitum totius creaturae.

Gen. 47. ¶ Pharao gentilis immunitatem sacerdotibus serua

uit. Emit Ioseph omnem terram Ægipti &c. subiecitq; eam Pharao, & cunctos populos eius, preter terram sacerdotum, quæ à rege eis tradita fuerat, quibus & statuta cibaria ex horreis publi. præbebantur, & icirco non sunt compulsi uendere possessiones suas, infra: Ex *eo tempore usq; in præsentem diem in uniuersa terra. Ægypti regibus. v. pars soluitur, & factum est quasi in legem, absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* Hinc patet libertatem ecclesiasticam, & *sacerdotum immunitatem à gabellis, & alijs oneribus esse de iure naturali.* Pharao enim dictante ratione naturali, ita quo ad idolorum suorum sacerdotes (q; etiam apud oés gentiles fuit) seruari instituit et uoluit imunes.

¶ *Iosue diuisit sacerdotibus &* Leuitis. xlviij. *ciuitates ad habitandum, & ut* Hierony. *ad Fabiolam ait.* Octo *milia leuitarum alenda in singulos dies.* Iosue. 21. Num. 35.

¶ Omnem *pecuniã sanctorum, quæ illata fuerat in templum domini, à prætereũtibus, quę offertur pro precio animæ, & q̃ sponte et arbitrio cordis sui inferunt in tẽplũ dñi, accipiãt illã sacerdotes iuxta ordinem suum.* 4. Re. 12.

¶ In *uete. testa. habuerunt decimas, primogenita, primitias, partes de uictimis, oblationibus & sacrificijs ordinante ac præcipiente deo pro ministerio, quo sibi in tabernaculo testimonij seruiebant quotidie.* Vnde cõ*stat libertatem ecclesiasticam immunitatemq; sacerdotum esse de iure diuino.* Leuit. 27. Num. 18.

¶ Ezechias *præcepit populo habitantium* Hierusa*lem, ut darent partes sacerdotibus et leuitis, ut possent uacare legi domini.* Quod *& populus fecit adeo ha-* 2. Par. 31.

bundanter, ut praeciperet rex ieri horrea in domo domini ubi reciperentur fructus &c.

¶ Artaxerxes rex Persarum praecepit filijs Israel reuersis ad terram promissionis post captiuitatem Ba-

1. Esdr 7. bilonicam in hac formam. Vobis notum facimus de uniuersis sacerdotibus & leuitis & cantoribus, & ianitoribus, nathimeis & ministris domus dei huius, ut uectigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos &c.*

Ioan. 13. ¶ *Christus habuit procuratorem Iudam, qui loculos habebat, & portabat ea quae mittebantur.*

Lucae. 8. ¶ *Ioanna uxor Chusę procuratoris Herodis, & Susanna, & aliae multe, quae ministrabant ei de facultatibus suis.*

Matt. 17. ¶ *Immunitatem sacerdotum docuit Christus. Reges terre à quibus accipiunt tributa, à filijs suis, an ab alienis? Dixit illi Petrus. Ab alienis. Dixit illi Christus, ergo liberi sunt filij. Est itaque haec libertas de iure diuino, utpote à Christo deo in suo euangelio edocta.*

1. Cor. 9. ¶ *Quis militat suis stipendijs unquam, quis plantat uineam, & de fructibus eius non edit. Infra. Scriptum est in lege Moysi. Non alligabis os boui trituranti. Infra. Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia uestra metamus? Infra. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant. Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere.*

1. Tim. 3. ¶ *Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, ho-*

spitalē,&c.& quō posset esse hospitalis si nihil hēret?

¶ Quotquot enim possessores agrorum aut domorum A*u.4.
erant,uendentes afferebant precia eorum,quę uendebant,& ponebant ante pedes apostolorum. Unde in primitiua ecclesia fiebant collecte pro sustētatione cleri,quibus deficientibus successerunt beneficia. Gregorius Cyriaco Constantinopolitano.

¶ Quisq; in loco regiminis est,aliquando necesse, habet etiam terrena cogitare,& exteriorum quoq; curam gerere,ut grex commissus ualeat, ad ea quæ sibi sunt explenda,subsistere. A pastoribus lex creuit in regalem maiestatem. A piscatoribus euangelium creuit in imperialem maiestatem. Et in registro Gregorij passim reperiuntur epistolę de administratione temporalium,unde etiam illo tempore habuit præfectos erarios in Sicilia & prouincia, ut manifestum,sit etiam tempore Gregorij fuisse patrimonium.s.Petri. In epistola Clementis. Si qui ex patribus negotia habent,inter Patrimo-
se,apud cognitiores sæculi nō iudicentur,sed apud prę niū.s.pet.
sbyteros ecclesiæ,quicquid est dirimatur, & omnino obediant statutis eorum. Concilīū Carthaginense. Placuit,ut quicunq; clericus ab Imperatore cognitionem publicorum iuditiorum petierit,honore proprio priuetur. Gaius Papa martyr statuit. Ne Layci sacris initiatos,coram sæculari iudice conueniāt. Dionysius ad Demophilum de Correctione episcopi. At si quis forte et inter ipsos à recto tramite deuiauerit,is ab equalibus, atq; sui ordinis sanctis corrigatur,ut non ordo in ordinem ruens cuncta permisceat,sed unisquisq; in suo ordi

ne, suoq; officio maneat. Origenes qui tempore martyrum uixit, ubi adhuc erant Imperatores gentiles super Lucam explicat subiectionem præsbyteri ad episcopũ, sicut Iesus fuit subditus parentibus.

Homi. 20 ¶ Iulianus apostata. Christo aduersarius, clericis subtraxit omnia priuilegia et honores. que pijssimi Imperatores catholici Constantinus, Theodosius, Marcianus, Valentinianus, & alij relgiosi animi principes decreuerunt. quæ quia sunt omnibus obuia. C. de sacro san. eccle. & de clericis, de episcopis, ideo referre post ponimus. Constantinus Imperator in concilio Niceno, uoluit accipere libellos contra episcopos, & dixit. Vos dij estis à uero deo constituti, ite & inter uos causam di sponite, quia dignum non est, ut uos iudicemus deos.

Constanti. Impera.

¶ Petrus princeps apostolorum non refutauit sumptus, Ambro. super prima ad Corinth. ix

¶ Constitutio Friderici Imperatoris. C. de episc. & cleri. Statuimus ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione uel ciuili, trahere ad iudicium sæculare præsumat, contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones, quod si fecerit actor, à iure suo cadat, iudicatum non teneat, & iudex sic ex tunc officio iudicandi sit priuatus. Aduertite inique clerum ad tribunal sæculare pellentes.

* Patet igitur iustissimas esse excommunicationes latas in offendentes libertatẽ ecclesiasticam suis iniquis statutis grauantes, & exactionantes clerum, utpote in eos qui peccant & contra naturę ius, in legẽ diuinam utriusque testamẽti, et cõtra ius humanũ ciuile & canonicũ.

Obijcit Hæreticus.

¶ Christus passus est se iudicari à iudice layco Pylato, & testimonium perhibuit ei, quia haberet super eum potestatem, desuper. Itaque Christiani sacerdotes non debent refugere iudices Laycos.

Respondent Catholicus.

¶ Egregiam rem moliris, ut omnes iudices Christiani sint Pylati & Herodes. Christus manifeste obiecit peccatum Pylato, quia is qui tradiderat eũ maius peccatum habebat. quod autem dixit Pylatum habere potestatem desuper. Si ad deum referatur, accipitur permissiue, permisit deus hoc Pylato, oblatus ẽ enim quia uoluit, si ad Cesarem, non habet intentum hæreticus.

DE INDVLGENTIIS. CAP. XXII.

¶ Quia indulgentiæ sunt dumtaxat satisfactoriæ pœnæ pro peccatis debitæ, ostendamus aliud esse meritum, aliud satisfactionem.

De merito Christi dicitur. Propter hoc deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Ecce quid meruit sibi. Philip. 2.

¶ De satisfactione eius dicitur, hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro uobis effundet, in remissionem peccatorum, ecce quid meruit nobis. Lucæ. 22. Math. 26 Leuiti. 4.

¶ De offerente hostias pro peccatis dicitur. Et rogante pro eis sacerdote, propitius erit ei dominus. Non de culpa sed de pœna, nisi per intercessionem.

∗ Scito hic thesaurum indulgentiarum fieri ex superhabundantia meritorum(quatenus satisfactoria erant) Christi & sanctorum. de superhabundantia passionum
1.Ioan. 2. *Christi pro nobis. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris, autem tantum, sed totius mũdi. Ex qua authoritate, patet passionem Christi sufficienter satisfacere pro toto mundo, ac per hoc cum executiue pro paucis tm̃ satisfatiat, infinitũ thesaurũ satisfactionũ christi superesse in sacramentis, qbus eadẽ Christi passio satisfacit. De sctõꝝ aũt passionũ meritorũq; suphabundãtia quo ad officiũ satisfaciẽdi pro nobis, patet ex Iob dicẽ*
Iob. 6. *te. Vtinã apprehẽderent pctã mea, quibus irã merui, et calamitas, q̃ patior in statera, quasi arena maris haec grauior appareret. Ex his Iob uerbis claret ipsum plus passum fuisse, q̃ pro peccatis suis debuerit pati. In suphabundantia autem passionum, consistit superhabundãtia satisfactionum. Et idem de multis sanctis apertissimum est. De sanctorum uero intentione, quod scilicet uoluerint pati passiõq; sine libenter non solum pro se, sed etiam pro nobis testatur apostolus.*
Colos. 1. *¶ Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro uobis, & adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia.*

¶ Expende catholice, quia miseriae sanctorum adiungendę sunt praessuris Christi, ad communem ecclesię utilitatem. Et est iste thesaurus meritorum, de quo dicit ecclesia, precibus & meritis sanctorũ. Nam quod Paulus adimpleuit, quis negabit de aliis sanctis, crucẽ Chri
Cor. 4. *sti portantibus & eum sequentibus. quod Papa hunc*

thesaurum dispensat, patet ex apostolo. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum eius. Dispensatio mihi credita est.

¶ *Cui donastis aliquid & ego.* Non *donauit culpam, sed pœnam. Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter uos in persona Christi.* 2. Cor. 2.

¶ *Certum est Gregorium magnum dedisse indulgentias, ante. m. cccc. annos, & ita postea obseruatum p omnem ecclesiam Mirantur hæretici, quia Papa remittit tertiam aut mediam partem pœnarum, aut plenarie indulgeat. Cum ipsi non uerecundentur asserere, quem libet sacerdotem à culpa & pœna absoluere, ipsi remittunt totam pœnam & nolunt papá remittere partem.*

¶ *Indulgentiarum euangelij figura fuerunt* Iubilei *in ueteri testamento.* Leui. 25.

¶ *De his sumus contenti, eo quod habeamus solidum fundamentum in. s.* Paulo, *ne credamur diligentiores in causa lucrosa.* Porrò *quod uniuersa recepit, credit & tenuit ecclesia, quomodo posset esse in fide erroneum? at uniuersitas ecclesiæ toto orbe terrarum diffusa, recepit indulgentias à tempore Gregorij magni (nisi quod in paucis hæreticorum angulis alicubi inceperunt reijcere.)* Et *concilia generalia approbauerunt sicut sacrum conciliũ* Lateranense *celeberrimum sub* Innocentio. iij. *in quo & saluberrima constitutio.* Omnis *utriusq; edita est, limitauit authoritatem minorum prælatorum in concessione indulgentiarum.* Et *sacrum concilium* Viennense *approbauit indulgentias* Vrbani *quarti, pro uenerabilis* Eucharistie *ueneratione.* Et *omnis ecclesia ex*

Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, Anglis Hungaris, Polonis, Dacis, Scotis &c. reuerenter suscepit Iubileos, in Roma à pon.cum plenarijs indulgentijs, celebratos.
* *Prosunt etiam indulgentię animabus in purgatorio quia non est aliqua ratio, quare ecclesia transferre possit communia merita Christi & sanctorum, quibus indulgentiæ innituntur in uiuos & non in mortuos, qui in charitate decedentes, obstaculis à regni cœlestis ingressu impedientibus nondum amotis, in purgatorio detinentur. Applicat autem papa eis indulgentias non au-*
Ro. 8. *thoritatiue absoluendo, sed per modum suffragij. Quare neque pro libito potest animos à purgatorio liberare, aut purgatorium euacuare.*

¶ *Obijciunt aduersarij inter alia argumenta hoc Achillicum (ut putant inuincibile) Et si merita Christi sunt infinita, nequaquam tamen merita sanctorū quæ sunt plenissime remunerata, imo ultra condignum, quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sanctorū igitur merita per indulgentiarum thesaurum nobis applicari non possunt.*

Philip. 2. ¶ *Dicendum, quod sicut Christi opera simul erant meritoria & satisfactoria, meruit si quidem sibi & nobis, sibi quidē, quia per humilitatem passionis gloriam meruit resurrectionis iuxta illud, humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem crucis propter quod deus exaltauit illum, &c. Nobis uero quoniam si unius*
Rom. 5. *us delicto mortui multi sunt, multo magis gratia dei, et*
Rom. 5. *donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures habundauit.*

habundauit. Et infra. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ &c. Satisfecit autem non pro suis, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed pro nostris peccatis, ut patet ex multis sacrę scripturę locis. Ipse enim uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et paulo post: Oēs nos quasi oues errauimus, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum. Christus tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblationem deo in odorem suauitatis. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c. Ita & de sanctorum operibus & passionib. sentiendum est. Quæ quatenus meritoria erant, ultra condignum remunerata cum apostolo fatemur, quatenus uero satisfactoria, aut pœnalia, ac innumeros sanctos constet longe plus satisfecisse aut passos esse, q̃ pro suis peccatis debuerunt, ut patet de Iob & apostolo, & hoc non solum pro se, sed etiā pro corpore Christi, quod est ecclesia, residuū satisfactionis, & passionis per indulgentiarum thesaurum nobis applicatur, quod ad maximam gloriam cedit sanctorum. Vnde quum contingit (exempli gratia) superfluam satisfactionem Laurentij soluere pro pœna debita Ioanni penitenti, gaudium quoddam accidentale Laurentius in cœlo habebit de hoc φ satisfactio sua soluit pro Ioanne. Et ita opera sanctorum quatenus satisfactoria, et pœnalia remunerantur ipsis sanctis etiam in his quibus per indulgentias applicantur.

Eod. ca.

1. Petr. 2.

Esa. 53.

Ephe. 5.

1. Petri. 2

1. Ioan. 2

Iob. 5.

Colloss.

Purgatorium esse satis constat ex scriptura, ecclesia, & patribus.

1. Cor. 3. SI quis superedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, stipulã uniuscuiusq; opus manifestum erit, dies enim domini declarabit, qui in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic quasi per ignẽ. Liquet facientem etiam opera cremabilia, sicut patet in die iudicij particularis uniuscuiusq;, cum tamen saluum fieri per ignem, non inferni, quia ibi nulla est redemptio. Sic intellexerunt illum locum Pauli b. Amb. b. Hierony. b. Augustinus, b. Gregor. Altuinus.

Matth. 5. Lucæ. 14 in fine. ¶ Iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddes nouissimum quadrantem. Hunc carcerem beatus Ambrosius intelligit purgatorium.

Matt. 12. ¶ Qui dixerit uerbum contra spiritum sanctum, nõ remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

4. dial. c. habe. dist. 25. c. qualis. Idem. Aug. li. 21 declu. de c. 25. ¶ Beatus Gregorius illa uerba ponderat & dicit. De quibusdam culpis ante iuditium purgandis ignis credendus est, pro eo quod ueritas dicit, qui dixerit uerbum contra spiritum sanctum &c. in qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam in futuro relaxari.

sermo. 66 ¶ Ita etiam intellexit b. Bernardus super Cant.

Math. 9. ¶ Antiquitus prouocabantur uiuentes per instru=

menta musica ad lamentum et compassionem super mortuos, ut attente orarent pro eis. Alias enim lugere non esset nisi insanire. Panem tuum et uinum tuum super sepulturam iusti constitue, ut. s. pauperes inde refecti, pro defuncti salute deum deprecentur. Tobie. 4.

¶ *Iudas Machabeus facta collatione, duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. Bene et religiose de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, uanum uideretur & superfluum orare pro mortuis &c. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, ut à peccatis soluantur. Is liber est in canone ecclesiæ, ut testatur prologus ei præfixus & b. Aug. xviij. li. de ciuitate dei, et canon concilij Carthaginen. licet non fuerit inter canonicos libros habitus apud Iudęos, ut testatur b. Hiero. in galeato prologo. Sequitur negantem libros Machabeorum esse canonicos non esse filium ecclesię, sed spurium synagogę. Et Luther met fatetur se scire esse purgatorium, in disputatione Lipsica quomodo ergo rem tanti momenti, sicut est purgatoriũ, spiritusan. non reuelauit in scripturis.* 2. M. 12.

¶ *Gręci hanc hęresim recognouerunt & abiurauerunt, in concilio Florentino.*

¶ *In nomine Iesu omne genu flectetur, cœlestium terrestrium & infernorum. Palàm est autem (quantum ad hos attinet) qui subtus terram in gehenna sunt, ꝙ nec genua flectant nomini Iesu, quin contra potius ipsum iugiter blasphement.* Philip. 2.

¶ *Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & super.* Apoca. 5.

terram, & subtus terram & mare & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes, benedictio sedenti in throno & agno benedictio & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Tripliciem hic ponit ordinem laudantium deum scilicet in cœlo beatorum, in terra iustorum, sub terra purgandorum, quia dānati non laudant deū nec benedicunt sedentem in throno.

¶ Augu. in lib. de cura pro mortuis agenda, approbat suffragia pro mortuis faciēda authoritate ecclesię. Ita inquiens, In secundo Machab. lib. legimus oblatum pro mortuis sacrificium. sed si nusquàm in scripturis ueteribus omnino legeretur, non parua est uniuerse ecclesia (quæ in hac consuetudine claret) actus. ubi in precibus sacerdotum quæ domino deo ad eius altare fundun tur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Hęc suffragia petijt Monica mater Augustini, ex altaris sacrificio.

Li. 9. confessionum in fine. ¶ Beatus Ambro. de obitu Theodosij meminit, cur in ecclesia dei peragatur, primus, septimus, tricesimus, defunctorum.

¶ Damascenus affirmat morem orandi pro defunctis ab apostolorum traditionibus manasse.

¶ August. q. i. de Dulcitij questionibus testatur purgatorium.

¶ Chrysostomus proprio sermone agit, suffragia prodesse mortuis. Dionysius inquit. Quod autem iustorum preces etiam in uita ista & ne dum post mortem, ijs solis prosint qui digni sunt scripture nos edocet sacrosancta traditio. Accedens deinde (cœlato scilicet fu-

ca. 7. eccl. hierarchi.

nire intra templum) uenerandus antistes precem suam super mortem peragit, post quam precem & ipse praesul eum salutat, & suo deinceps ordine, qui astant omnes. Precatur oratio illa diuinam clementiam ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata, defuncto, eumq; in luce statuat & regione uiuorum, in sinibus Abrahae, Isaac, et Iacob, in loco unde effugit dolor, tristitia, & gemitus Hec Dionysius apostoli Pauli discipulus. Ita docuit et tenuit sancta mater ecclesia et omnes orthodoxi. Patet igitur ex dictis diuinarum scripturarum sanctorumq; patrum auctoritatibus, non solũ purgatorium esse, uerum etiam defunctorũ animas suffragijs Christi fidelium uiuentium orationibus nempe eleemosinis, ieiunijs & potissimum missae sacrificio inde liberari, ob id quoque interdum uiuentibus apparere. Et proinde huiusmodi apparitiones haud quaquàm esse uellitur diabolicas illusiones, id quod mentitur Lutherus cum sua cohorte.

¶ Onias enim summus sacerdos & Hieremias propheta apparuerunt diu post mortem suam Iudae Machabeo inituro pugnam aduersus Nicanorem, tradiditq; Hieremias eidem gladium aureum, tanq̃ future uictorie pignus dicens. Accipe sanctum gladium munus à deo, in quo decipies aduersarios populi mei Israel. 2.mac.15

¶ Transfigurato domino in monte coram Petro Iacobo & Ioanne apparuerunt illis Moyses Helias loquentes cum Iesu. Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9.

¶ Discipuli apparente eis post resurrectionem sunt Christo ianuis clausis, putabant se spiritum uidere. Lu. 24.

Quod nequaquam putauissent, nisi sciuissent defunctorum spiritus nonnunquam uidentibus apparere.
¶ Vide libros.iiij.Ecclesi. de Purgatorio.

DE ANNATIS. CAP. XXV.

ANnatas id appellant in curia Ro. quod ordinarij locorum nominãt, medios seu primos fructus & pro confirmatione episcopi, solent appellare, redemptionem pallij, cum tamen proprie solus episcopus Bambargen. in Germania habeat pallium, et archiepiscopi.

¶ Filijs autem Leui dedit omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis.

Num. 18. ¶ Et infra. Præcipe Leuitis atq; denuncia cum acceperis à filijs Israel decimas quas dedi uobis, primitias earũ offerte domino .idest decimam partem decime, ut reputetur uobis in oblationem præmitiuorum, tam de areis, quàm de torcularibus, et uniuersis quorũ, accipitis primitias offerte dño, et date ea Aaron sacerdoti. * In ueteri igitur testamento Leuitæ & sacerdotes accipiebant decimas, & Aaron summus sacerdos accipiebat decimam decimarum.

¶ Descendunt ergo annate de iure diuino, quia succedunt in locum decime decimarum.

Neem. io ¶ Et leuitæ offerent decimam partem decime sue in domo dei nostri, ad gazophilacium domini dei nostri.

¶ Annatarum meminit Ioan. Andree in ca. inter cætera, de offi. ordinarij post Hostiẽ. quem citat in huius-

modi sententia, dicit hic hostien. quod Romanam eccle siam in annatis exigendis, ubi alioquin nullum ius haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et infra. Id iam est de antiquissima consuetudine obtentum. Postea refert quomodo pluries clamauerit, in tantum, quod super eo fuit sermo in concilio Viennensi, cui præsedit Clemens. v.

¶ Sequitur errasse Platinam et Blondum, & quosdam consarcinatores grauaminum Germaniæ, nam inuentum annatarum tribuunt, uel Ioan. xxij. uel Bonifacio. ix. uel concilio Cōstantiensi, quod Germani faciunt Quia Clemens. v. præcessit Ioan. xxij. & Bonifacium ix. Et is tamen non inuenit annatas, sed inuentas approbauit ex antiqua consuetudine. Et certe isti duo testes Hostien. & Ioannes Andree frangunt mendacia osorum ecclesiastici status.

¶ In Constantiensi concilio non fuerunt institute annate, ut nugantur centones Lutheranorum, sed quia alique ecclesię decreuerūt in tēporalibus, fuit constitutū, ut ille ecclesię sic de paupertate reducerentur ad iustā taxam, secundum ualorem ecclesię currentem. Ideo magis confirmauit annatas. Vnde nullus adhuc publicauit uere, quando annate fuerint inuente, ideo bene dicunt præfati, annatas rem esse antiquissimam.

¶ Sequitur si sacerdotes & episcopi uellent negare annatas summo pontifici, tunc eadem facilitate layci negarent decimas sacerdotibus, & sacerdotes recusarent medios fructus dare episcopis, unde ex ecclesia faceremus Babylonem. Id quod strenue contendunt hæ-

retici,et eorum adherentes,diuina humanaq; oīa cōmiscentes.

DE HAERETICIS COMBVRENDIS. CAP. XXVI.

Probat axiomata duo.

Primum axioma.

¶ Prima pœna hæreticorum in nouo testamento fuit excommunicatio.

Ad Tit.3. HÆreticum hominem post unam & secundam correptionem,de uita,sciens quia subuersus est, qui hmōi est,et delinquit cū sit proprio iuditio condēnatus.

Ecclesi.1. ¶ Peruersi difficile corriguntur. Paulus nouit hære ticos esse incorrigibiles , ideo non uincuntur scripturis, non persuadentur rationibus.

Euse.li.4. ¶ Ioannes euangelista cum in balneis Cherinthum hæreticum reperisset, mox exiliit ad discipulos dicens. Fugiamus hinc, ne & balnee ipse corruant , in quibus est Cherinthus ueritatis inimicus.

Deut. 17. ¶ Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat domino deo tuo.ex decreto iudicis moriatur,& auferes malum de Israel,hæc ratio legis adhuc militat , ut auferamus malum de medio ecclesiæ.

Roma.16 ¶ Rogo uos fratres,ut obseruetis eos, qui dissensionem & offendicula,præter doctrinam,q̄ uos didicistis, faciunt,& declinate ab illis ,huiuscemodi enim Christo domino non seruiunt,sed suo uentri , & per dulces

sermones & benedictiones se ducunt corda Innocentiū.

Secundum axioma.

¶ *Hæretici obstinati aut relapsi iuste per mortem è medio tolluntur.* Matt. 17.

¶ *Lupus bene arceri debet, sed si aliter non potest consuli saluti gregis, lupus etiam interimendus est, hæretici autem sunt lupi, dicente Christo. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intus uero sunt lupi rapaces. Et Paulus, Scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi.* Act. 20.

¶ *Deutro. xiij. Si surrexit in medio tui prophetes &c. propheta aūt ille aut fictor somnio℞ interficietur.*

¶ *Iesus cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoq; & boues, & nummulariorum es effudit, & mensas subuertit. Si hoc nummularijs, quid tunc hæreticis faceret?* Ioan. 2.

¶ *Doctrina hæreticorum noxia uicinis, quia sermo illorum uelut cancer serpit.* 1. Timo. 2

¶ *Saphyra & Ananias à principio nascentis ecclesiæ, propter pusillum pecunie, à Petro morte mulctati sunt, quāto magis hæretici animas defraudantes à successore Petri morte mulctentur?* Act. 5.

¶ *Augu. de pœna hæreticorum. Cogunt multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Aliquando lib. mathematicorum & hæreticorum fuerunt combusti, sicut Augu. super Ioan. dicit factum suo tempore, combussit Gelasius Papa anno domini. cccc. lxix. Et tempore apostolorum comburebantur libri cu-*

Act. 19. riosi, quanto magis hæretici? Inquit enim Lucas. Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & combusserunt eos coram omnibus, & computatis pretijs illorum inuenerunt pecuniam denariorū quinquaginta miliū. Aliquando ubi nulla potestas Christianis erat animaduertendi in corporea hæreticorum pœna erat excommunicatio, ut supra, ex Paulo & Cypriano monet cum hæreticis non loquendum.

Ad Boni. Li.i.de.fi. ¶ Aug. refert singulos hæreticos. x. li. auri mulctari.

ca.4. 24. ¶ Gelasius Papa exilio damnauit hæreticos.

q.3.c.resecande. ¶ Hieron. docet resecandas esse putridas carnes, ita inquiens, resecandę sunt putride carnes & scabiosa, ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa & corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant intereant. Arrius in Alexan. una scintilla fuit, sed qm̄ non statim oppressus est totum orbem eius flamma populata est.

¶ Et beatus Ambro. Hæresis uelut quædam hydra fabularum uulnerib. suis creuit, & dum sæpe reciditur pullulauit, igni debite, incendioq; peritura.

¶ Augu. lib. ij. contra epistolam Gaudē. de hæreti. inquit. Hoc hominum genus per imperatoriam curam corrigi debet. Et super Ioan. ad longum docet Imperatores & principes catholicos bene facere, quod utantur gladio contra hæreticos, debent enim hæretici affligi & ejci à principibus, sicut Agar fuit afflicta à Sara quando Ismael ludit cum Isaac.

Gen. 21. ¶ In promptu habentes ulcisci oēm inobedientiam.

2. Cor. 10 ¶ Vtinam abscindantur, qui uos conturbant.

Galat. 5. ¶ Ecce quā feruide optat eos abscindi, quod si prin

tipes, tunc fuissent Christiani, sine dubio obedissent desiderio Pauli. Sup. Ioã.

¶ Augu. inquit. Nullus nostrum uult aliquem hæreticum perire, sed aliter non meruit habere pacem domnus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello esset extinctus, sic ecclesia, si aliquorum perditione cæteros colligit, dolorem materni sanat cordis, tantorum liberatione populorum. 2.Reg.18

¶ Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum omnis populus, cur non & hæreticum? Leui.4. Eusebius.

¶ Constantinus Impera. Arriũ cum ad hæreticibus, dãnauit in exiliũ, q̃a nolebat adherere cõcilio Niceno. C. de here.

¶ Theodosius imperator puniuit hæreticos Manicheos omnium bonorum possessione, & omni successione priuauit, admisit desup inquisitionem fieri post mortem, Idem decreuit cum Valentiniano, ne Manichei in solo Roma. conuemendi morãdiq; habeant facultatem, decreuit quoq eos ultimo supplicio tradendos. l. Manic. L. Arriãi.

¶ Idem statuit libros hæreticorum diligenti studio inquiri, ac publice comburi. Valentinianus & Marcianus omnes damnauerunt hæreticos, & perpetua deportatione damnauerunt, tenentes libros contra calcedonense concilium. Vltimo supplicio coercere mandarunt illicita docentes, & demo libros mandant comburi. l. quicũq para. ulti.

* Falsarij pecunie aut alij malefactores per sæculares principes iuste morti traduntur, cur non hæretici falsarij sacræ scripturæ? Co. de fal sa moneta l. siqs nũ.

Obijciunt Hæretici.

1 ¶ Apostoli nunquam petierũt à principibus terre,

ut uim inferrent hæreticis.

2 ¶ *Euangelium & Pau. nihil huiusmodi docent.*

3 ¶ *Disputandum est cum hæreticis, & gladio spiritus uincendi sunt quod est ue. bum dei.*

Matt.13. 4 ¶ *Dominus mandauit seruis suis, ut Zizaniam permitterent crescere usque ad messem quæ est finis saculi. Per Zizaniam autem significantur hæretici. Ergo &c.*

Diluuntur per Catholicos.

De prio. ¶ *Hanc obiectionem mouerunt Donatistæ contra Catholicos, ut testatur Augu. super Ioannem, & alijs pluribus locis, & respondet quis tunc in Christum crediderat Imperator: quod ergo non fuit petitum ab apostolis, non fuit quia hæretici nō merentur, sed quia gladius gentilium principum & imperatorū, nondum seruiebat euangelio, at mox Constantinum baptizatum implorabant Catholici contra hæreticos. Nam si imperatores puniunt furta, homicidia, rapinas, adulteria, periuria, cur non punirent hæreses & sacrilegia.*

De scdo. ¶ *Decuit fidem euangelij sicut nascendo non inniti humanæ sapiētiæ, ita nec humanæ potentiæ, usque quo diademata regum, se inclinarent saluatori: attamen Paulus desiderabat abscindi eos, qui conturbabant fideles.*

De tertio. ¶ *Diui Petri authoritate docemur, esse paratos reddere rationem omni poscenti de ea, quæ in nobis est fide, tamen Paulus satis indicat post alteram correptionē deuitandum hæreticum, non cum eo disputandum, & assignat claram rationem huius quia subuersus sit. Huius rei peritus Tertulianus latissime ostendit, non disputandum cum hæreticis, quia potius sit standum fidei an*

(Margin: De scdo.; I.Petri.3.; Tito. 3.; De præscriptione hæretico.)

tiquorũ.q̃ disputandũ de scripturis. Et pluribus hanc rẽ agit, oĩno depingẽs Lutherũ, quõo tractet sacras literas

¶ Hæreticos eradicare per mortem non est contra mandatum domini, quod est in eo casu intelligendum, quando non possunt extirpari zizania sine extirpatione tritici, unde addidit. Ne forte colligentes zizaniam, eradicetis simul cum eis & triticum. Cum metus igitur iste non subest. i. quando ita crimen cuiuscunq; notum est, & omnibus execrabile apparet, ut uel nullos prorsus, uel nõ tales habeant defensores, per quos possit scisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ. Hæc Augu. contra epistolam parmeniam. At latius hic agamus, cum hæretico non disputandum. De quar.

NON DISPVTANDVM cum Hæreticis. Cap. xxvij.

QVamuis de Luthero & Lutheranis non sit dubium quin sint hæretici damnati, & pro talibus habendi quia ipsi reuocant hęreses sæpe damnatas, Arrij, Manichei, Iouiniani, Aerij, Vigilãtij, Euticetis, Felicis. Albigentium, Vualdentium, Ioan. Vuickeff, Ioan. Huss & aliorum hæreticorum, ideo cõtra eos non est disputandum.

¶ Nam Gelasius Papa inquit. Maiores nostri diuina inspiratione cernẽtes necessario pręcauerũt, ut quod contra unamquãq; hæresim, coacta semel synodus, pro fide, communione & ueritate catholica atq; apostolica promulgasset, non sinerent nouis post hac retractatio ca. maiores. 24. q. 1

L.nemo.C de sum. tri ni.et pace Catholica De s.96.c Nos ad fi.

nibus mutilari ne prauis occasio praeberetur, quae me dicinaliter fuerāt statuta pulsandi, & ea quae sequunt.

¶ Idem uoluit Martianus Impe. Iniuriam facit iudicio reuerendissime synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluerit et publice disputare cōtenderit ✱ Vnde in septima actione Calcedonen. concilij idem Martianus inter caetera dixit. Nos ad fidem confirmādam non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constātini synodo interesse uoluimus ut ueritate inuenta non ultra multitudo doctrinis prauis attractanda discordet.

¶ Praeterea haeretici non quaerunt disputationem, nisi multis malitijs inuolutam. Nam pleriq; eorum adeo pertinaces sunt, ut libere promittant se articulos usque ad mortem defensuros, quare liquet eos esse incorrigibiles, obstinatos, & pertinaces, & qui non sint docibiles dei, sed innitantur proprie prudentie, & ponant obstaculum spiritui sancto.

¶ Iterum patet de Lutheranis haereticis, quod fraudulenter attendunt disputationem, nam quaerunt disputare, non coram doctis & literatis ac in theologia exercitatis, sed coram indoctis, uulgaribus Laycis, quorū capacitas se nullo modo extendit ad iudicanda huiusmodi mysteria fidei.

¶ Nam quomodo haeretici uenirent ad disputationem coram doctis, cum sciant theologos studiorum generalium Gallię, Hispaniae, & Anglię contra eos conclusisse, & studia generalia Germaniae, quę fuerunt famata in theologia, ante ortum huius hęresis, similiter

damnasse Lutherum.

¶ Addatur his, quod in disputando finem intendũt peruersum. s. quod ad se trahant laycos, alioquin cleri-cis oppido infestos, et illos in odiũ cleri ãplius accẽdãt.

¶ Præterea articuli Lutherani sunt huiusmodi, ut si in disputationem proponantur iam mysteria fidei no-stræ, authoritas ecclesiæ & conciliorum ludibrio expo-natur. Nam q; scandalum oritur non modo apud simpli-ces fideles, sed apud Iudęos & infideles. Si audierint ea in fide nostra in dubium uocari, quę à sanctis patri-bus & concilijs ante. M. annos, ante. M. &. cc. ante. M. &. ccc. fuerunt constituta & decreta, & ab ipso apo-stolorum tempore obseruata, quis uel micam habens fi-dei, uel prudentie, ista poterit iudicare disputanda, corã frigidis & male sentientibus laycis. Et quia dum con-stat de eorum subuersione & pertinacia (nolunt enim admittere alium iudicem, quàm scripturam, quã uolunt interpretari secundum propria capita) clare apostolus Paulus interdixit disputandum cum his.

¶ Noli uerbis contendere, ad nihil enim utile est, ni-si ad subuersionem audientium. Tim. 2.

¶ Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciẽs quia generant lites. Ibidem.

¶ Stultas autem quęstiones & contentiones & pu-gnas legis deuita, sunt enim inutiles & uanæ. Perdix, Tito. 3.
Fouit quę non peperit, faciens diuitias suas non cum iu-dicio. Augu. lib. xiij. contra Faustum ca. xij. pulchrę ap-plicat. Perdix nimis contentiosum est animal. Nõ enim disputare amant hæretici, sed quoquo modo superare Hære. 17

impudentissima peruicacia, ut congregent quę non pe-pererunt, Nam Christianos quos maxime Christi no-mine seducunt, iam per ipsius euangelium natos inueni unt, hos colligunt ad eorum insaniam. Ideo pro prouer bio usurpat Augu. contra hæreticos. perdix congregat quę non peperit. Quo fit ut si non idoneus iudex det; nunquam sit finis disputandi, idoneum autem iudicem, non recipit hęreticus quia proprium est hæreticorum,
Lib. 22. *ait Augu. contra Faustum, fugere disputationem. Nam semper reperiuntur temerarij, pertinaces & proterui,*
2. Tim. 3. *qui nullā satisfactionem solutionis recipiūt. Sicut Moy si restiterunt Ioannes & Mābres. Ita hæretici resistiūt ueritati, homines corrupti, mēte reprobi circa fidem, sed*
Gelasius *ultra non proficient.*
papa. 24. ¶ *Cum quibus erat synodus ineunda, catholici pon*
q. 3. c. Cū *tifices fuerunt, undiq; iam depulsi, soli remanserant so-*
quibus. *cij perfidorum cum quibus nec iam licebat habere con-uentum, dicente psal. Non sedi cum concilio uanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. Nec ecclesiastici moris est cum his qui pollutam habent communionem,*
Prou. 20. *permixtamq; cum perfidis misceri consilium &c.*

¶ *Catholici ergo debent uitare disputationem cum huiusmodi quia honor est, ait sapiens homini, qui sepa rat se à contentionibus, nisi ubi idonei darentur iudices, tunc enim, ut manifestaretur gloria dei, tueretur ueritas catholica, & hęretici perfidi confunderentur, esse omni-no disputandum sicut Paulus disputauit Actu. xvij. & xx. Et ubi disputationis sententiam suscipere & pati uo lunt hęretici, tot adhuc sunt catholici uiri quorum unus-*

quisq;

quisq; gladium habet accinctum super femur suum qui adoriantur hæreticos, sicut David Goliam, *in nomine domini exercituum, dei agminum* Israel. Et *ueritas sub iusto iudice uincet.*

¶ Quoniã *noui morbi, occasionem dant noue quærende medicine, ea propter cum alias locos ædidissemus communes contra* Lutheranos, *uerissimum comperimus, uiam & ianuam per* Lutherũ *apertam omnibus quidlibet audendi.* Sustulit *enim* Luther (*quantum in ipso fuit*) *sacrorum conciliorum sententiam* Roma. Ponti. *iudicium,* S*anctorum & deo amabilium patrum responsa, ac studiorum generalium condemnationes.* V*t iam unicuiq; frenetico, uel melancolico, Saturnino, bis stulto cerebro, peruium sit omnia insana capitis sui phantasmata, sacris mysterijs immiscere.* O *deus* O *tempora.* Cogi*mur ergo illorum impietate, quamuis inuitissimi, hos adijcere locos.*

SVB EVCHARISTIA ESSE *uerum corpus Christi.* Cap. xxviij.

COEnantibus *autem eis, accepit* Iesus *panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, et ait.* Mat. 26.
Accipite *& comedite, hoc est corpus meum, & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens.* Bibite *ex hoc omnes, hic enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ.* Signi*ficantissime* Christus *dixit, hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, quis ergo clarissimis uerbis &* Chri-

ſto repugnat? ¶ *Manducantibus illis accepit* Ieſus *pa*
Mar. 14. *nem & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, ſumite, hoc eſt corpus meum, & accepto calice gratias agens, dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effūdetur.*
Lucæ. 22. ¶ Et *accepto pane gratias egit & fregit & dedit, eis dicens.* Hoc *eſt corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem.* Similiter *& calicem poſtq̄ cœnauit dicens.* Hic *eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro uobis fundetur.* Ecce *quanta concordia euangeliſtæ indicent, corpus & ſanguinem* Chriſti *tradita diſcipulis.*
Ioan. 6. ¶ Panis *quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi uita.* Chriſtus *dicit, panē quē daturus ſit eſſe carnem, hæretici negant.* Ego *accepi à domino, quod & tradidi uobis, quoniam dominus* Ieſus *in qua nocte tradebatur,*
1. Cor. 11. *accepit panem & gratias agens fregit, & dixit.* Accipite *& manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.* Similiter *& calicem poſtq̄ cœnauit dicens, hic calix nouū teſtm̄ eſt in meo ſanguine.* Ecce *quō* Pau. *expreſſe dicit, oblatum diſcipulis fuiſſe corpus & ſanguinē chriſti.*
1. Cor. 10. ¶ Calix *benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis* Chriſti *eſt?* Et *panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane, & uno calice participamus.* Hic *clare* Paulus *oſtendit in qualibet particula panis conſecrati, participari corpus* Chriſti, *lapideus eſt qui hæc alio torquet,*

q̃ ad corpus Christi. Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Clare liquet q̃d propter præsentiam corporis Christi, peccatum ab indigne sumente pertinet ad corpus Christi, nemo enim, nisi insanus, negat indigne manducantem eius reum esse q̃d manducat. Instruit enim hic Paulus Corin. ne credant esse simplicem cibum in altari, sed corpus Christi, quod qui indigne manducet, reus sit eius, ideo signatissime addidit. Nõ diiudicans corpus domini, idest non discernens ab alijs cibis. Hoc omniũ ætatum omnes sancti patres in ecclesia tenuerunt, unde contra tot clarissimos, sacræ scripturæ textus desipere extreme temeritatis ẽ, & aliorum hæreticorum insaniam transcẽdit. Hanc hęresim aliquãdo docuerat Berengarius sancti Mauritij Andgauen. ecclesiæ diaconus, sed Romę coram Nicolao Papa, & .xiij. archiepiscopis, & centum episcopis abiurauit ea, ego Berengarius de conse. dist. ij. 1.Cor.11

Obijciunt Hæretici Capharnaitæ.

1 ¶ Christus inquit, pauperes semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis, at si esset in Eucharistia semper eum haberemus. Matt.26.

2 ¶ Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Si ergo non prodest, quid tantopere contenditur esse sub Eucharistia. Ioan. 6.

3 ¶ Augu. super psal. iiij. Donec finiatur seculum, sursum est dominus. Andreas Bodestain Carlstadius, primus resuscitator huius hæresis sepultæ, adducit illa pro

errore suo.

1 ¶ Si Christi corpus & sanguis esset in sacramento, sequeretur panem pro nobis esse crucifixum.

2 ¶ Christus non dixit, accipite corpus meum, sed accipite panem.

3 ¶ Panis nõ fit melior ꝑ hoc murmur & anhelare sacerdotum, quis. n. dedit ptãtem hanc sacerdotibus?

4 ¶ Alioquin cum in cœna Christus habuerit corpus mortale, & iam immortale, iam non uerum esset de illo dici, quod pro uobis tradetur.

Matt. 24. 5 ¶ Christus ait. Si quis uobis dixerit, hic aut hic est Christus, nolite credere, ergo non credamus, si dicunt in ista hostia est Christus, aut in ista hostia.

6 ¶ Increpat catholicos quod appellant eucharistiam sacramentum, nam apostoli non sic nominauerunt, deus dat creaturis suis nomina non homines. Paulus autem appellat cœnam domini, panem domini, calicem &c.

7 ¶ Cœna dominica sufficienter his uerbis est institu ta. Iesus accepit panem, gratias egit & fregit, & dedit discipu. suis & dixit, accipite, & manducate, hoc facite in meã commemorationem. Et ista uerba, hoc est corpus meũ, sunt imꝑtinẽtia, & quasi ꝑ parẽtesim interiecta.

8 ¶ Verba Pauli. i. Corin. x. uitare nititur, quia ibi Apostolus Paulus non loquatur de communione, id est sumptione sacramenti, sed de cõmunione passionis Christi, quæ fiat eiusdem rememoratione.

9 ¶ Sic uerba. i. Cor. xi. existimat locum habere in indigne commemorantibus.

Ecce hæreticoĩ cõ ¶ Zuingli. & Oecolamp. duo uasa erroris pellen-

tia, Carlstadij sententiam amplexi sunt, fundat se Zuinglius in illo Ioan. vi. Caro non prodest quicquam. Tum ut claros euangelij textus eludant, aiunt. Est sumi in actu signato, non exercito, ut sophistæ in Cathegorijs dicunt. Videntes. n. absurdissimã esse Carlstadij torsionem, sic euadere nituntur. Hoc est. i. furcat, corpus meũ uel hoc est corpus. i. figura corporis mei.

stantiam. Zuing. in suo cano. dix. corp. Christi eẽ in eucharistia, stan.

Repelluntur illa à Catholicis.

De prio.

¶ Christum nos semper habiturum, fatetur ueritas, Matth. ultimo. Ero uobiscum usq; ad consummationem sæculi. Ideo cum ait, me non semper habebitis, accipiendum est secũdum præsentiam corpoream humanæ conuersationis, neq;. n. iam ungitur, lauatur, tergitur &c.

Oecol. in duob. ser. impius cũ uenerit in profũdũ.

¶ Profecto si caro nõ proderit catholicis, nec panis proderit hereticis. Porrò nec hæreticus dicturus est carnem Christi non profuisse in cruce. Adde quod non sequitur, non prodest, ergo non est in sacramento, nisi & hanc admittas illationem, ergo non est in cœlo. At si acutius inspiciamus, hæretici sensum Christi non assequuntur. Non loquitur Christus de carne sua, non enim ait, caro mea non prodest quicquam, hanc habebant Iudæi, qui abierunt retro, existimantes carnem Christi uisibiliter, sub specie carnis dentibus direptam dilaniari.

De scdo.

¶ Fatemur sursum esse dominum in cœlo, sedentem ad dexteram patris, in forma uisibili & quantitatiua, qui tñ sub specie panis latet inuisibilis sacramẽtaliter.

De tertio.

¶ Quæ Carlstadius ex Saxonia relegatus, odio Lutheri, effudit, omnia sunt tam impia & obtusa ut responsionem non mereantur dicamus tamen.

De primo

¶ Forte Luther haberet concedere, panem esse crucifixum, communicationem per ideomatum, at quia catholici longe absumus ab illa hæresi, quod panis maneat in Eucharistia, ideo illatio Carlstadij non admittitur. Et panem transsubstantiari in sacramento asseruit Ambrosi. Aug. Gregorius Nissenus, quibus adde Chrysostomum homilia sexagesima, ubi dicit deum sanctificare & transmutare panem.

De scdo. ¶ Non est uerum quod assumit Carlstat, non enim inquit accipite panem, sed pane porrecto ait, accipite & commedite, hoc est corpus meum. Quid autem interest dicere, accipite corpus meum, & porrecta manu dicere. Accipite, hoc est corpus meum.

De tertio. ¶ Nemo dicit quod per sufflare, aut anhelare, seu murmurare, panis fiat melior, sed quando sacerdos secundum institutionem Christi, dicit uerba diuina, omni potentia, quibus deus sua uirtute assistit, & substantiam panis in corpus suum conuertit. Hanc autem potestatem à Christo acceperunt apostoli, eo dicente, hoc facite in meã commemorationem, Ideo Paulus ait. Ego accepi à domino quod & tradidi uobis, &c.

De quart. Roma. 6. ¶ Et si corpus Christi iam sit impassibile, neq; sacerdos dicit illud esse tradendum, quia nouit quod Christus ultra non moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in cœna, quod est uerum, tunc enim (non modo) corpus Christi tradendum erat, & sanguis fundendus.

De quĩto ¶ Quod Christus dixit de regno suo fidei, hæreticus accipit de corpore Christi, præuidit saluator futurum, ut Hussite dicerent Christum stare pro eis. Luthe

rani his aduersi, asserunt Christū pro eis esse, Carlstatini excludentes. Lutherani de Christo se iactitant, Rebaptizatores soli Christum sibi uendicant, ab his hęreticis monuit nos dominus.

¶ Vana est Carlstadij iactantia, nam cum constat de re frustra certatur de nomine, nec deus creaturis nomina dedit, sed Adam, neq; sacramentum est falsum signum, ut ille iudaizans nebulo ecclesiam irridet, q; sit sekermene, nam ab apostolis ad nos usq; deuenisse sacramentorum appellationem ex Dionysio liquet, qui libro de ecclesiastica hierarchia appellat eucharistiam sacratissimam synaxim, et iuxta inclytum praeceptorem suum ait, eam esse sacramentorum consummationem, sacrosancta & augustissima illius dicit mysteria & diuina munera, & in communi dicit sacramenta. De sexto.

¶ Quod ipse dicit, negamus, nam hoc est corpus meum, in medio connectitur coniunctissime alijs uerbis, & puerile est, accipere extrema ad coenam, & media propria authoritate excludere, probet ipse hanc dissolutionem ex scriptura, nam nec stulto satisfaceret, qđ inqt punctū pręfigi orationi et à magna litera principiari. De septi.

¶ Hoc, Hui hoc est theologum praestare, ex magnis literis & punctis certare, explodantur sophistae ex theologia, & assumantur punctistae cum illis magnis literis capitalibus Puerilia sunt quae garrit de tutto naturalis consequentia uerborum non patitur, nisi quod demonstrauerit porrectum panem in manu, ideo significantius additum est hoc. Et expende quae Luther hic dicit contra Carlstat, expugnant Lutherum in sua tor

ſione iſtorum uerborum. Tu es Petrus et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

De octa. ❡ Lacerat Carlſtat Paulum, nam cum ſolis intendit allegorijs, litteram & ſpiritum una amittit, certum eſt Paulum loqui de communione & participatione eucharistiæ, non paſſionis, porrò communicatio paſſionis eſt ſolum bonorum, participatio euchariſtiæ eſt communis dignis & indignis, bonis & malis.

De nono. ❡ Similiter lacerat Paulum, nam Paulus loquitur de manducantibus indigne, iſte torquet ad commemorátes indigne, quum illa ſint diuerſa, licet uterq; peccat ſcilicet indigne communicans & indigne cõmemorans.

De quinto principali. * Zuingli. & Oecolampad. huius erroris conſortes uiderunt Carlſtadij expoſitionem ad illa uerba, hoc eſt corpus meum, eſſe uiolentam, duram & audacem, atq; plurimũ à uero aberrantem, placuit tamen eis impietas unde expoſitionem commenti ſunt nugaciſſimam, & plus q̃ ſophiſticam. Eſt accipitur pro ſignificat. Ita adecet nouos euangelicos puram litteram ſcripturę ſequi ideſt lacerare. Vnde etiam à Luthero & Bũgenhagio irridentur. Et eorum impietatem ſic funditus deſtruas.

Oecolam. 1 ❡ Primo inſanitur Hauſchein dum ait, hoc eſt corpus meum. i. forma corporis mei, quia & ſibi & catholicis contradicit, omnium enim ſententia ibi eſt forma panis etiam ſi apud catholicos credatur eſſe corpus Chriſti tamen ſub forma panis uiſibili. Vide Augu. de ſententijs Proſper.

Zuingli. 2 ❡ Secundo depræhenditur inſcitia Zuuinglij & Oecolamp. dum in locutione metaphorica exiſtimant eſt ua

lere significat. Vnde in hanc impietatem ex ignorantia dialecticæ uenerunt, unde postea in symbolica errant theologia, & ut uideant non progredi eorum doctrinam intueantur illud tritum. Lupus est in fabula, an est hic exponant Bardi illi pro significat. Item in illis symbolis Ioan. decimo immuttant suum significat. Mercenarius, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum Ego sum pastor bonus, idest ego significo bonum pastorem & cognosco oues meas. O stupidi insensati & indoctissimi hæretici.

3 ¶ Tertio sophismata Oecolampad. torquentis sententias patrum, maxime Augustini facile uitabimus, si aduertemus eucharistiam signum dici.

Primo ratione specierum sensibilium panis & uini.

¶ Secundo quia etiam corpus Christi uerum est signum corporis Christi mystici.

¶ Tertio, quia eucharistia sumpta est signum gratiæ sumenti collatæ. Et quarto, cum corpus Christi sit ibi non modo circumscriptiue, sed suus modus essendi in sit spiritalior, etiam signi aut formæ nomine designatur, licet nihilominus adhuc uere ibi sit corpus Christi.

4 ¶ Quarto, quia tres euangelistæ, et Paulus nullam in dicant metaphoram, sed identicæ enuntiant, hoc est corpus meum. Et toties repetunt, neque alibi ex scriptura docebunt hic esse metaphoram, neque fide docemur hic esse metaphoram, quare in sensu proprio est accipiendum. Hoc est corpus meum. Delirat enim Zuuinglius, est alicubi in sacris litteris accipi pro significat. Sed omne delirium superat. Si alicubi est acciperetur pro significat

ergo hic accipitur, sed deceptus fuit ex ignorantia logi ce. Cum enim Christus dicit se uitem, Est non ponitur pro significat, nam obtusitas eius agnosceretur, ponen do in textu. Ego sum uitis uera, idest significo uitem ue ram, hoc secundum Zuuinglium, cum tamen Christus non significet uitem, sed significetur per uitem.

5 Porro quinto clarissimo textui euangelico accedit consensus totius ecclesiæ catholicæ, & potentissima mi= racula in hoc uenerabilissimo sacramento diuinitus mon strata, pereant igitur hæreticorum nugatia sophismata delire impietates, indoctissime torsiones, ac uiolente sa= cre scripture expositiones. Cum unus Lucas omnia eo= rum somnia excludat, cum narret Christũ dixisse. Hic calix nouum testamentũ in sanguine meo. Amant enim hæretici græca, in quibus non legitur est. Et tamen idẽ tice, calix nouum testamentum dicitur, non certe in uino sed in meo sanguine, non enim est testamentum sine san guine. Vide Paulum ad Hebreos nono.

Psal. 10. Attende quomodo hæretici moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Oecolampa= dius anno. M.ccccc.xxiiij. mense Iul. indignabatur san guinem Christi denegatum fidelibus in synaxi & an= no non dum euoluto ipse cum complicibus hereticis de= negat fidelibus, & corpus & sanguinem Christi. Simi liter Zuuinglius. Carlstadius postq̃ tm̃ incendiũ de sa cramento sufflauit iã palinodiã cecinit, nõ proposuisse se ista ut credẽda, neq; ista fore asserta ex spiritu aut sa

Eccle. 27. cris litteris, sed certius indaganda ex proprio capite ab eo esse proposita. Vide quõ stultus ut luna mutatur.

DE BAPTISMO PVERO- RVM. CAP. XXIX.

HOc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos. &c. Infans, viij. dierum circundetur uobis &c. Masculus cuius preputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Modo hoc uidetur baptismus in ecclesia, quod circuncisio in synagoga. Sicut enim per circuncisionem paruuli Iudęorum includuntur cum pacto diuino, sic & paruuli christianorum non sunt excludendi à pacto dei, quare pueri sunt baptizandi, contra rebaptizatores, & puer non baptizatus damnatur lege communi, contra Zuinglium, qui dum unam hæresim rebaptizatorum uellet destruere, alias decem docet deteriores contra expressas scripturas. Gene. 17.

¶ Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum dei &c. & complexans eos & imponens manus super illos, benedicebat eos, male faciunt ergo rebaptizatores, prohibentes pueros per baptismum uenire ad Christum dicentem. Mar. 10.

¶ Baptizate omnes gentes, ergo etiam paruulos. Matt. ult.

¶ Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes baptizati sunt in mari & nube, Certum, autem est, quod etiam paruuli fuerunt sub nube & ita figuraliter baptizati. 1. Cor. 10.

¶ Baptismus non est reiterabilis sine sacrilegio, unde Paulus. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste &c. & prolapsi Hebre. 6.

sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non negat reiterationem pœnitentiæ, ut Nouatianus, sed renouationis, id est baptismi.

¶ Accedit usus & authoritas totius ecclesiæ ab ipso apostolorum tempore, cui merito omnes filij deuoti debent parere.

Diony. c. 7 ¶ Dionysius de ecclesiastica hierarchia, cum dixisset pueros qui nec dum possent intelligere diuina, sacri baptismatis fieri participes subdit. Istud cum pijssimis ducibus nostris (ita solet appellare apostolus) in mentē uenisset, uisum est admittere infantes hoc modo, ut naturales oblati paruuli parentes, puerū uni ex fidelibus, tradant præclaro diuinarum rerum magistro, in hunc præsul spondentem puerum iuxta sanctam educatam uitam, requirit ut abrenunciationem profiteatur, fidem quæ fateatur. Ecce pueros baptizatos ab apostolis sub sponsione patrinorum.

Cypria. ¶ Cyprianus & totum concilium Aphricanum ad Fidum, qui opinabatur pueros intra secundum & tertium diem constitutos, non debere baptizari. Respondet Cyprianus. Longe aliud in concilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quod tu putabas faciendum, nemo consensit, sed uniuersi iudicauimus nulli hominum nato misericordiam dei, & gratiam denegandam.

Augu. ¶ Augu. super Gene. li. x. ca. xxiij. Consuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis nequaq̄ spernēda est, neq; ullo modo supflua deputanda, nec omnino credenda, nisi apostolica esset traditio. Egit hanc causam duobus libris ad Marcellinum, sub titulo, de peccatoꝝ

meritis et remissione, hos libros uidit Hiero. et laudauit

¶ Hiero. li. iij. aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptizari, ut eis peccata in baptismate dimittantur. Hierony.

¶ Concilium Mileuitanum contra Pelagianos hæreticos canone. lxxvij. Item placuit, ut quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut det in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non uera, sed falsa intelligatur, anathema sit, hic à sacro concilio anathemate percutietur Baldasar Hiebmair cum suis rebaptizatoribus, negantes baptismum paruulorum.

2 ¶ Ipse Zuinglius qui negat peccatum originale in pueris. Ideo non deleatur in baptismo, unde uolens hæresim de pueris non baptizandis destruere, decem alias affert hæreses, quarum & illa una est, pueros catholicorum &c. non baptizatos saluari, adde Augu. ubi supra cap. xxxiij. similiter Hierony.

3 ¶ Tertio quidem nouellus hæreticus Eberhardus Vuiedense canonicus regularis, apostata Halberstatē, qui concedit quidem peccatum originale, tamen ait incertum an puer baptizatus moriens saluetur, quia nescimus an recipiat fidem, & sic, si non recipiat fidem remanet filius ire & damnationis. Ecce in quot capita scinduntur hæretici, contra apostolum. Non idipsum dicentes omnes. Ratio id euincit in fide fundata, habent enim peccatum originale aliena præuaricatione contractum, cur ergo pater misericordiarum dominus non in-

stituisset eis remedium, ut & aliena uoluntate cooperã te sanarentur. Quod autem peccatum contrahant pueri, liquet ex Augu. *&* Hiero. *ubi supra contra hæresim Pelagianorum, & probatur. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Psal. 50. Eramus *natura filij ire sicut & cæteri.* Ephe. 2.

¶ Omnes *enim peccauerunt & egent gloria dei.* Roma. 3.

¶ *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, hic apostolus dicit, in quo omnes peccauerunt, & Pelagiaui & Zuinglius audent dicere, paruulos non peccasse.* Roma. 5.

* Et *infra. Si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis, Iesu Christi in plures habundauit.* Et *infra. Si in unius delicto mors regnauit per unum, multo magis habũdantiam gratie & donationis & iustitiæ accipientes, in uita regnabunt (etiam paruuli in Christo regenerati) per unum Iesum Christum.* Roma. 5.

¶ Et *infra. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi &c.*

* Gratias *ago deo meo, quod neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium ne quis dicat quod in nomine meo baptizati fitis. Baptizaui autem & Stephane domum. Si totum domum baptizauit, ergo & paruulos huius domus.* 1. Cor. 1.

¶ *Sic in Adam omnes moriuntur (etiam paruuli) ita & in Christo omnes uiuificabuntur, etiam paruuli.* 1. Cor. 15

¶ *Contra rebaptizatores, pro baptismo puerorum*

Oecolampadius.

1 ¶ Rebaptizatores contemnunt, usum Christianæ communitatis.

2 ¶ Inductiua est illa sententia sectarum scismatum, & seditionum.

3 ¶ Quis ita docuit hactenus, aut quis consuetudinē hanc obseruauit?

4 ¶ Quando tamen incœptum est in ecclesia pueros baptizari, si aliquando non baptizabantur.

5 ¶ Si pueri non sint baptizandi, hoc probent prohibitum ex scripturis.

6 ¶ A tempore apostolorum baptismus non fuit prohibitus pueris.

7 ¶ Vultis tot cētena milia baptizatorum infantium, non acceptare pro Christianis fratribus?

8 ¶ Zuinglius inuehit in eos, qđ nō obtinebūt uictoriā, qa ēt ante mille annos hoc attentātes succubuerūt.

9 ¶ Indignatur eorum nouitati. Si eo res progressa esset, inquit, ꝙ quodlibet caput obliquum (quāprimum aliquid noui & rari in phantasiā ueniret) mox sectam adhęrentem excitaret, tot futuræ essent sectæ & scismata, ut Christus in multa partiretur.

10 ¶ Et infra, quodlibet caput melancolicum, Saturninum, & singulare nititur propriam sectam erigere.

11 ¶ Licet baptismus puerorum non sit clarus ex scripturis sacris, sicut & alia multa, tamen quia non sunt contra deum, sed cum deo ideo suscipienda.

¶ Hæc recensuimus, ut intelligant Catholici, quomodo hæretici nequeunt se defendere contra hæreti- Antithesis

cos, nisi armis ecclesiæ. Nam quod Cyprianum Augustinum, & concilium Mileuitanum inducunt, q̃n Catholici id facerent, clamarent, patres patres. Ponamus rem ante oculos.

1 ¶ Et Luther & Oecolampadius reijciunt usum ecclesiæ in baptismo, missa & omnibus.

2 ¶ Et hæresis Lutheri multas iam protulit sectas, et seditiones tam cruentas, quales non sensit antea Germania. Vnde plusq̃ centena milia hominum periere.

3 Quis ita docuit, ut lingua Germanica baptizaretis? ut sacerdos Zuinglius uxorem duceret? & Oecolampadius post religionis uotum ordinem reijceret apostata?

4 Si aliquando non fuit Quadragesima in ecclesia, quando ergo incepit? aut si olim non erat confessio ecclesiastica (quàm auricularem uocant) quando incepit?

5 Probant hæretici. Non exorcizandum puerum, non habendos patrinos. Matrimonium non esse sacramentum, confessionem non faciendam sacerdoti & mille huiusmodi, quæ prohibent, probent inquam prohibita in scripturis.

6 A tempore apostolorum non fuit prohibitus cœlibatus, benedictio cereorum. &c.

7 Vultis tot centena milia confitentium, in missa offerentium, eucharistiam adorantium, uota religionis seruantium non accepture pro catholic. angustiss. erit uia ad Christum.

8 Nec tu obtinebis uictoriam contra imagines sanctorum, contra eorum reliquias, contra peccatum originale, quia Feliciani, Heluidia. Pelagia. ante m. annos hoc attentantes

attentantes succubuerunt.

9 Indignantur omnes catholici super tot heresim noui tate q̄ quilibet pro suo capite mutat & confundit missam baptismum communionem, & omnia officia.

10 Dolent cathol. permitti hæreticis, tot sectarum noui tates, sunt Lutherani Carlstatini, Zuingliani Oecolampadij, Rebaptizatores, Capharnaite.

11 Cur ergo Luther, Pillicanus Carlstat, & tu ipse, nihil admittebatis, nisi quod claris scrip. sac. probaretur. Existimantes ualidum esse argumentum in theologia. A non legitur ergo non est, cur iam traditiones hominum capessitis, quę uertigo cerebrum uestrum dementauit. Vbi est Zuingli argumentum cornutum tui fratris Baldasaris Fridbergers. Supra. tit. xv.

Obijciunt Hæretici.

1 Euntes in mundū uniuersum, prædicate euāgeliū oī creature, q. crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Mar. ulti.

2 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quęcunq; mandaui uobis. Matt. ult.

3 Eunucho nunciabatur prius euangelium ante quàm baptizaretur, similiter Cornelio. Actuū. 8.

4 Cur duntaxat ter baptizabant in anno antiquitus, si pueri nati mox baptizandi sunt?

5 Nicolaus papa incepit baptizare pueros, sed scriptura baptismum puerorum ignorat.

Respondent Catholici.

¶ Christus loquitur de adultis, tum apud Marcum quàm Mattheum. De prio.

errore suo.

1 ¶ *Si Christi corpus & sanguis esset in sacramento, sequeretur panem pro nobis esse crucifixum.*

2 ¶ *Christus non dixit, accipite corpus meum, sed accipite panem.*

3 ¶ *Panis nō fit melior ꝑ hoc murmur & anhelare sacerdotum, quis.n.dedit ptātem hanc sacerdotibus?*

4 ¶ *Alioquin cum in cœna Christus habuerit corpus mortale, & iam immortale, iam non uerum esset de illo dici, quod pro uobis tradetur.*

Matt.24. 5 ¶ *Christus ait. Si quis uobis dixerit, hic aut hic est Christus, nolite credere, ergo non credamus, si dicunt in ista hostia est Christus, aut in ista hostia.*

6 ¶ *Increpat catholicos quod appellant eucharistiam sacramentum, nam apostoli non sic nominauerunt, deus dat creaturis suis nomina non homines. Paulus autem appellat cœnam domini, panem domini, calicem &c.*

7 ¶ *Cœna dominica sufficienter his uerbis est instituta. Iesus accepit panem, gratias egit & fregit, & dedit discipu. suis & dixit, accipite, & manducate, hoc facite in meā commemorationem. Et ista uerba, hoc est corpus meū, sunt imptinētia, & quasi ꝑ parētesim interiecta.*

8 ¶ *Verba Pauli. i. Corin. x. uitare nititur, quia ibi Apostolus Paulus non loquatur de communione, id est sumptione sacramenti, sed de cōmunione passionis Christi, quæ fiat eiusdem rememoratione.*

9 ¶ *Sic uerba. i. Cor. xi. existimat locum habere in indigne commemorantibus.*

Ecce hæretico ī cō ¶ *Zuingli. & Oecolamp. duo uasa erroris pellen-*

tia, Carlstadij sententiam amplexi sunt, fundat se Zuinglius in illo Ioan. vi. Caro non prodest quicquam. Tum ut claros euangelij textus eludant, aiunt. Est sumi in actu signato, non exercito, ut sophistæ in Cathegorijs dicunt. Videntes. n. absurdissimã esse Carlstadij torsionem, sic euadere nituntur. Hoc est. i. furcat, corpus meũ uel hoc est corpus. i. figura corporis mei.

Stantiam. Zuing. in suo cano. dix. corp. Christi eẽ in eucharistia, san. De prio.

Repelluntur illa à Catholicis.

¶ Christum nos semper habiturum, fatetur ueritas, Matth. ultimo. Ero uobiscum usq; ad consummationem sæculi. Ideo cum ait, me non semper habebitis, accipiendum est secũdum præsentiam corpoream humane conuersationis, neq;. n. iam ungitur, lauatur, tergitur &c.

Oecol. in duob. ser. impius cũ uenerit in profũdũ.

¶ Profectò si caro nõ proderit catholicis, nec panis proderit hereticis. Porrò nec hæreticus dicturus est carnem Christi non profuisse in cruce. Adde quod non sequitur, non prodest, ergo non est in sacramento, nisi & hanc admittas illationem, ergo non est in cœlo. At si acutius inspiciamus, hæretici sensum Christi non assequuntur. Non loquitur Christus de carne sua, non enim ait, caro mea non prodest quicquam, hanc habebant Iudæi, qui abierunt retro, existimantes carnem Christi uisibiliter, sub specie carnis dentibus direptam dilaniari.

De scdo.

¶ Fatemur sursum esse dominum in cœlo, sedentem ad dexteram patris, in forma uisibili & quantitatiua, qui tñ sub specie panis latet inuisibilis sacramẽtaliter.

De tertio.

¶ Quæ Carlstadius ex Saxonia relegatus, odio Lutheri, effudit, omnia sunt tam impia & obtusa ut responsionem non mereantur dicamus tamen.

De primo

¶ Forte Luther haberet concedere, panem esse crucifixum, communicationem per ideomatum, at quia catholici longe absumus ab illa hæresi, quod panis maneat in Eucharistia, ideo illatio Carlstady non admittitur. Et panem transsubstantiari in sacramento asseruit Ambrosi. Aug. Gregorius Nissenus, quibus adde Chrysostomum homilia sexagesima, ubi dicit deum sanctificare & transmutare panem.

De scdo. ¶ Non est uerum quod assumit. Carlstat, non enim inquit accipite panem, sed pane porrecto ait, accipite & commedite, hoc est corpus meum. Quid autem interest dicere, accipite corpus meum, & porrecto manu dicere. Accipite, hoc est corpus meum.

De tertio. ¶ Nemo dicit quod per sufflare, aut anhelare, seu murmurare, panis fiat melior, sed quando sacerdos secundum institutionem Christi, dicit uerba diuina, omni potentia, quibus deus sua uirtute assistit, & substantiam panis in corpus suum conuertit. Hanc autem potestatem à Christo acceperunt apostoli, eo dicente, hoc facite in meā commemorationem, Ideo Paulus ait. Ego accepi à domino quod & tradidi uobis, &c.

¶ Et si corpus Christi iam sit impassibile, neque sa-
De quart. cerdos dicit illud esse tradendum, quia nouit quod Chri-
Roma. 6. stus ultra non moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in cœna, quod est uerum, tunc enim (non modo) corpus Christi tradendum erat, & sanguis fundendus.

De quīto ¶ Quod Christus dixit de regno suo fidei, hæreticus accipit de corpore Christi, præuidit saluator futurum, ut Hussite dicerent Christum stare pro eis. Luthe-

rani his aduersi, asserunt Christũ pro eis esse, Carlstatini excludentes. Lutherani de Christo se iactitant, Rebaptizatores soli Christum sibi uendicant, ab his hęreticis monuit nos dominus.

¶ Vana est Carlstadij iactantia, nam cum constat de re frustra certatur de nomine, nec deus creaturis nomina dedit, sed Adam, neq; sacramentum est falsum signum, ut ille iudaizans nebulo ecclesiam irridet, quod sit sekerment, nam ab apostolis ad nos usq; deuenisse sacramentorum appellationem ex Dionysio liquet, qui libro de ecclesiastica hierarchia appellat eucharistiam sacratissimam synaxim, et iuxta inclytum praeceptorem suum ait, eam esse sacramentorum consummationem, sacrosancta & augustissima illius dicit mysteria & diuina munera, & in communi dicit sacramenta. De sexto.

¶ Quod ipse dicit, negamus, nam hoc est corpus meum, in medio connectitur coniunctissime alijs uerbis, & puerile est, accipere extrema ad coenam, & media propria authoritate excludere, probet ipse hanc dissolutionem ex scriptura, nam nec stulto satisfaceret, qđ inqt punctũ pręfigi orationi et à magna litera principiari. De septi.

¶ Hoc, Hui hoc est theologum praestare, ex magnis literis & punctis certare, explodantur sophiste ex theologia, & assumantur punctiste cum illis magnis literis capitalibus Puerilia sunt quae garrit de tutto naturalis consequentia uerborum non patitur, nisi quod demonstrauerit porrectum panem in manu, ideo significantius additum est hoc. Et expende quae Luther hic dicit contra Carlstat, expugnant Lutherum in sua tor

sione istorum uerborum. Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

De octa. ¶ Lacerat Carlstat Paulum, nam cum solis intendit allegorijs, litteram & spiritum una amittit, certum est Paulum loqui de communione & participatione eucharistiæ, non passionis, porrò communicatio passionis est solum bonorum, participatio eucharistiæ est communis dignis & indignis, bonis & malis.

De nono. ¶ Similiter lacerat Paulum, nam Paulus loquitur de manducantibus indigne, iste torquet ad commemorátes indigne, quum illa sint diuersa, licet uterque peccat scilicet indigne communicans & indigne cõmemorans.

De quinto principali * Zuingli & Oecolampad. huius erroris consortes uiderunt Carlstadij expositionem ad illa uerba, hoc est corpus meum, esse uiolentam, duram & audacem, atque plurimũ à uero aberrantem, placuit tamen eis impietas unde expositionem commenti sunt nugacissimam, & plus q̃ sophisticam. Est accipitur pro significat. Ita addecet nouos euangelicos puram litteram scripture sequi idest lacerare. Vnde etiam à Luthero & Bugenhagio irridentur. Et eorum impietatem sic funditus destruas.

Oecolam. 1 ¶ Primo insanitur Hauschein dum ait, hoc est corpus meum. i. forma corporis mei, quia & sibi & catholicis contradicit, omnium enim sententia ibi est forma panis etiam si apud catholicos credatur esse corpus Christi tamen sub forma panis uisibili. Vide Augu. de sententijs Prosper.

Zuingli. 2 ¶ Secundo deprehenditur inscitia Zuinglij & Oecolamp. dum in locutione metaphorica existimant est ua

lere significat. Vnde in hanc impietatem ex ignorantia dialecticæ uenerunt, unde postea in symbolica errant theologia, & ut uideant non progredi eorum doctrinam intueantur illud tritum. Lupus est in fabula, an est hic exponant Bardi illi pro significat. Item in illis symbolis Ioan. decimo immuttant suum significat. Mercenarius, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum. Ego sum pastor bonus, idest ego significo bonum pastorem & cognosco oues meas. O stupidi insensati & indoctissimi heretici.

3 ¶ Tertio sophismata Oecolampad. torquentis sententias patrum, maxime Augustini facile uitabimus, si aduertemus eucharistiam signum dici.

Primo ratione specierum sensibilium panis & uini.

¶ Secundo quia etiam corpus Christi uerum est signum corporis Christi mystici.

¶ Tertio, quia eucharistia sumpta est signum gratiæ sumenti collatæ. Et quarto, cum corpus Christi sit ibi non modo circumscriptiue, sed suus modus essendi in sit spiritalior; etiam signi aut formæ nomine designatur, licet nihilominus adhuc uere ibi sit corpus Christi.

4 ¶ Quarto; quia tres euangelistæ, et Paulus nullam indicant metaphoram, sed identicæ enuntiant, hoc est corpus meum. Et toties repetunt, neque alibi ex scriptura docebunt hic esse metaphoram, neque fide docemur hic esse metaphoram, quare in sensu proprio est accipiendum. Hoc est corpus meum. Delirat enim Zuinglius, est alicubi in sacris litteris accipi pro significat. Sed omne delirium superat, si alicubi est acciperetur pro significat

ergo hic accipitur, sed deceptus fuit ex ignorantia logicæ. Cum enim Christus dicit se uitem, Est non ponitur pro significat, nam obtusitas eius agnosceretur, ponendo in textu. Ego sum uitis uera, idest significo uitem ueram, hoc secundum Zuuinglium, cum tamen Christus non significet uitem, sed significetur per uitem.

5 Porro quinto clarissimo textui euangelico accedit consensus totius ecclesiæ catholicæ, & potentissima miracula in hoc uenerabilissimo sacramento diuinitus monstrata, pereant igitur hæreticorum nugatia sophismata delire impietates, indoctissime torsiones, ac uiolente sacre scripture expositiones. Cum unus Lucas omnia eorum somnia excludat, cum narret Christũ dixisse. Hic calix nouum testamentũ in sanguine meo. Amant enim hæretici græca, in quibus non legitur est. Et tamen idẽ tice, calix nouum testamentum dicitur, non certe in uino sed in meo sanguine, non enim est testamentum sine sanguine. Vide Paulum ad Hebreos nono.

Psal. 10. Attende quomodo hæretici moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Oecolampadius anno. M.ccccc.xxiiij. mense Iul. indignabatur sanguinem Christi denegatum fidelibus in synaxi & anno non dum euoluto ipse cum complicibus hereticis denegat fidelibus, & corpus & sanguinem Christi. Similiter Zuuinglius. Carlstadius postq̃ tm̃ incendiũ de sacramento sufflauit iã palinodiã cecinit, nõ proposuisse se ista ut credẽda, neq; ista fore asserta ex spiritu aut sacris litteris, sed certius indaganda ex proprio capite ab

Eccle. 27. eo esse proposita. Vide quõ stultus ut luna mutatur.

DE BAPTISMO PVERORVM. CAP. XXIX.

HOc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos. &c. Infans. viij. dierum circundetur uobis &c. Masculus cuius prçputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Modo hoc uidetur baptismus in ecclesia, quod circuncisio in synagoga. Sicut enim per circuncisionem paruuli Iudçorum includuntur cum pacto diuino, sic & paruuli christianorum non sunt excludendi à pacto dei, quare pueri sunt baptizandi, contra rebaptizatores, & puer non baptizatus damnatur lege communi, contra Zuinglium, qui dum unam hæresim rebaptizatorum uellet destruere, alias decem docet deteriores contra expressas scripturas. Gene. 17.

¶ Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum dei &c. & complexans eos & imponens manus super illos, benedicebat eos, malefaciunt ergo rebaptizatores, prohibentes pueros per baptismum uenire ad Christum dicentem. Mar. 10.

¶ Baptizate omnes gentes, ergo etiam paruulos. Matt. ult.

¶ Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes baptizati sunt in mari & nube, Certum, autem est, quod etiam paruuli fuerunt sub nube & ita figuraliter baptizati. 1. Cor. 10.

¶ Baptismus non est reiterabilis sine sacrilegio, unde Paulus. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste &c, & prolapsi Hebre. 6.

ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam. Non negat reiterationem pœnitentiæ, ut Nouatianus, ſed renouationis, ideſt baptiſmi.

¶ Accedit uſus & authoritas totius eccleſiæ ab ipſo apoſtolorum tempore, cui merito omnes filij deuoti debent parere.

Diony. c. 7 ¶ Dionyſius de eccleſiaſtica hierarchia, cum dixiſſet pueros qui nec dum poſſent intelligere diuina, ſacri baptiſmatis fieri participes ſubdit. Iſtud cum pijſſimis ducibus noſtris (ita ſolet appellare apoſtolus) in mentē ueniſſet, uiſum eſt admittere infantes hoc modo, ut naturales oblati paruuli parentes, puerū uni ex fidelibus, tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, in hunc præſul ſpondentem puerum iuxta ſanctam educatam uitam, requirit ut abrenunciationem profiteatur, fidem quæ fateatur. Ecce pueros baptizatos ab apoſtolis ſub ſponſione patrinorum.

Cypria. ¶ Cyprianus & totum concilium Aphricanum ad Fidum, qui opinabatur pueros intra ſecundum & tertium diem conſtitutos, non debere baptizari. Reſpondet Cyprianus. Longe aliud in concilio noſtro omnibus uiſum eſt. In hoc enim quod tu putabas faciendum, nemo conſenſit, ſed uniuerſi iudicauimus nulli hominum nato miſericordiam dei, & gratiam denegandam.

Augu. ¶ Augu. ſuper Gene. li. x. ca. xxiij. Conſuetudo matris eccleſiæ in baptizandis paruulis nequaquā ſpernēda eſt, neq; ullo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda, niſi apoſtolica eſſet traditio. Egit hanc cauſam duobus libris ad Marcellinum, ſub titulo, de peccatorū

meritis et remissione,hos libros uidit Hiero.et laudauit

¶ Hiero.li.iij.aduersus Pelagianos affirmat paruulos baptizari,ut eis peccata in baptismate dimittantur. Hierony.

¶ Concilium Mileuitanum contra Pelagianos hæreticos canone.lxxvij.Item placuit,ut quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut det in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur,unde fit consequēs,ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non uera,sed falsa intelligatur,anathema sit,hic à sacro cōcilio anathemate percutietur Baldasar Hiebmair cum suis rebaptizatoribus,negantes baptismum paruulorum.

2 ¶ Ipse Zuinglius qui negat peccatum originale in pueris.Ideo non deleatur in baptismo,unde uolens hæresim de pueris non baptizandis destruere, decem alias affert hæreses,quarum & illa una est,pueros catholicorum &c.non baptizatos saluari,adde Augu.ubi supra cap.xxxiij.similiter Hierony.

3 ¶ Tertio quidem nouellus hæreticus Eberhardus Vuiedense canonicus regularis,apostata Halberstatē, qui concedit quidem peccatum originale,tamen ait incertum an puer baptizatus moriens saluetur,quia nescimus an recipiat fidem,& sic,si non recipiat fidem remanet filius iræ & damnationis. Ecce in quot capita scinduntur hæretici,contra apostolum. Non idipsum dicentes omnes. Ratio id euincit in fide fundata, habent enim peccatum originale aliena præuaricatione contractum,cur ergo pater misericordiarum dominus non in-

stituisset eis remedium, ut & aliena uoluntate coopera te sanarentur. Quod autem peccatum contrahant pue-
Psal. 50. ri, liquet ex Augu. & Hiero. ubi supra contra haeresim Pelagianorum, & probatur. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Eramus natura filij ire sicut & caeteri.

Ephe. 2. ¶ Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei.

Roma. 5. ¶ Sicut per unum hominem peccatum in hunc mun
Roma. 5. dum intrauit, & per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, hic apostolus dicit, in quo omnes peccauerunt, & Pelagiani & Zuinglius audent dicere, paruulos non peccasse.

Roma. 5. * Et infra. Si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis, Iesu Christi in plures habundauit. Et infra. Si in unius delicto mors regnauit per unum, multo magis habundantiam gratie & donationis & iustitiae accipientes, in uita regnabunt (etiam paruuli in Christo regenerati) per unum Iesum Christum.

¶ Et infra. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi &c.

1. Cor. 1. * Gratias ago deo meo, quod neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium ne quis dicat quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizaui autem & Stephane domum. Si totam domum baptizauit, ergo & paruulos huius domus.

1. Cor. 15 ¶ Sic in Adam omnes moriuntur (etiam paruuli) ita & in Christo omnes uiuificabuntur, etiam paruuli.

¶ Contra rebaptizatores, pro baptismo puerorum

Oecolampadius.

1 ¶ Rebaptizatores contemnunt, usum Christianæ communitatis.

2 ¶ Inductiua est illa sententia sectarum scismatum, & seditionum.

3 ¶ Quis ita docuit hactenus, aut quis consuetudinē hanc obseruauit?

4 ¶ Quando tamen incœptum est in ecclesia pueros baptizari, si aliquando non baptizabantur.

5 ¶ Si pueri non sint baptizandi, hoc probent prohibitum ex scripturis.

6 ¶ A tempore apostolorum baptismus non fuit prohibitus pueris.

7 ¶ Vultis tot cētena milia baptizatorum infantium, non acceptare pro Christianis fratribus?

8 ¶ Zuinglius inuehit in eos, qđ nō obtinebūt uictoriā, qa ēt ante mille annos hoc attentātes succubuerūt.

9 ¶ Indignatur eorum nouitati. Si eo res progressa esset, inquit, ꝙ quodlibet caput obliquum (quáprimum aliquid noui & rari in phantasiā ueniret) mox sectam adhęrentem excitaret, tot future essent secte & scismata, ut Christus in multa partiretur.

10 ¶ Et infra, quodlibet caput melancolicum, Saturninum, & singulare nititur propriam sectam erigere.

11 ¶ Licet baptismus puerorum non sit clarus ex scripturis sacris, sicut & alia multa, tamen quia non sunt contra deum, sed cum deo ideo suscipienda.

¶ Hæc recensuimus, ut intelligant Catholici, quomodo hæretici nequeunt se defendere contra hæreti- Antithesis

cos, nisi armis ecclesiæ. Nam quod Cyprianum Augustinum, & concilium Mileuitanum inducunt, qñ Catholici id facerent, clamarent, patres patres. Ponamus rem ante oculos.

1 ¶ Et Luther & Oecolampadius reijciunt usum ecclesiæ in baptismo, missa & omnibus.

2 ¶ Et hæresis Lutheri multas iam protulit sectas, et seditiones tam cruentas, quales non sensit antea Germania. Vnde plusq̃ centena milia hominum periere.

3 Quis ita docuit, ut lingua Germanica baptizaretis? ut sacerdos Zuinglius uxorem duceret? & Oecolampadius post religionis uotum ordinem reijceret apostata?

4 Si aliquando non fuit Quadragesima in ecclesia, quando ergo incepit? aut si olim non erat confessio ecclesiastica (quàm auricularem uocant) quando incepit?

5 Probant hæretici. Non exorcizandum puerum, non habendos patrinos. Matrimonium non esse sacramentum, confessionem non faciendam sacerdoti & mille huiusmodi, quæ prohibent, probent inquam prohibita in scripturis.

6 A tempore apostolorum non fuit prohibitus cœlibatus, benedictio cereorum. &c.

7 Vultis tot centena milia confitentium, in missa offerentium, eucharistiam adorantium, uota religionis seruantium non acceptare pro catholic. angustiss. erit uia ad Christum.

8 Nec tu obtinebis uictoriam contra imagines sanctorum, contra eorum reliquias, contra peccatum originale, quia Feliciani, Heluidia. Pelagia. ante m. annos hoc

attentantes

attentantes succubuerunt.

9 Indignantur omnes catholici super tot hęresim noui tate ꝙ quilibet pro suo capite mutat & confundit missam baptismum communionem, & omnia officia.

10 Dolent cathol. permitti hæreticis, tot sectarum noui tates, sunt Lutherani Carlstatini, Zuingliani Oecolampadij, Rebaptizatores, Capharnaite.

11 Cur ergo Luther, Pillicanus Carlstat, & tu ipse, nihil admittebatis, nisi quod claris scrip. sac. probaretur. Existimantes ualidum esse argumentum in theologia, A non legitur ergo non est, cur iam traditiones hominum capessitis, quę uertigo cerebrum uestrum dementauit. Vbi est Zuingli argumentum cornutum tui fratris Baldasaris Fridbergers. Supra. tit. xv.

Obijciunt Hæretici.

1 Euntes in mundũ uniuersum, prædicate euãgeliũ oĩ creature, q. crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Mar. ulti.

2 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quęcunꝙ mandaui uobis. Matt. ult.

3 Eunucho nunciabatur prius euangelium ante quàm baptizaretur, similiter Cornelio. Actuũ. 8.

4 Cur duntaxat ter baptizabant in anno antiquitus, si pueri nati mox baptizandi sunt?

5 Nicolaus papa incepit baptizare pueros, sed scriptura baptismum puerorum ignorat.

Respondent Catholici.

¶ Christus loquitur de adultis, tam apud Marcum quàm Mattheum. De prio.

¶ Notent tamen Lutherani ex uerbis Christi, non sufficere, credere & baptizari, sed oportet seruare omnia quæ mandauit Christus.

* Docentur etiam & credunt paruuli in ecclesia saluatoris per alios, sicut ex alijs quæ in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Item Mater ecclesia, os maternum paruulis pręebet, ut sacris mysterijs imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Si autem propterea recte fideles uocantur, quoniam fidem per uerba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur cum per eorundem uerba gestantium, diabolo et huic seculo ab renunciare monstrentur. Hæc ille. Cuius assignatur ratio, quia regeneratio spiritualis, est quodammodo similis natiuitati carnali, quantum ad hoc, q sicut pueri in maternis uteris constituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimẽto matris sustentantur. Ita etiam pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero matris ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per ortum ecclesiæ salutem suscipiunt. Et ita fides aliena, puta ecclesiæ parentum et patrinorum offerentum paruulos ad baptismum sufficit eis ad salutem, sicut fides offerentum paraliticum,

Matth. 9. quorum fidem uidens Iesus, ait illi. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Matth. 8. Ita fides Centurionis obtinuit

Matt. 15. puero suo salutem. Et fides mulieris chananee impetrauit filię suę à demonio possessę liberationem &c.

De tertio. ¶ Eunuchus fuit adultus & similiter Cornel.

De quart. ¶ Illud fuit pro adultis non pro pueris, & bis tan-

tum fiebat solemnis baptismus adultorum in Pascha et Penthecoste. Non ter ut Oecolāpadius somniat. Velut ex Siritio, Leone Gelasio et Gerūdinensi cōcilio liquet.

¶ Non esse Nicolai Papę inuentum, ex Hiero. Augusti. & Cypria. liquet, qui. cccc. aut. Dc. annis. Nicolaum præcesserunt. Nulla uidi scripta rebaptizatorum audio esse plerūq; homines indoctos, temerarios, & qui latinam linguam non calleant, uno dempto Baldasare, Hiebmair Fridbergerio, qui narratur esse author huius perditæ sectæ, is dum communionem Sedis apostolicę haberet, doctoratus honore fungebatur. Det ei deus, ut possit lumen cernere uerum. De quīto

DE LIBERO ARBITRIO, CAP. XXX.

HÆretici hic resuscitarunt olim extinctum hæresim Manichei, primo quidem negarunt lib. arb. se habere actiue ad bonum opus, quia illud totum & totaliter fieret à deo, dein Luther insanus factus negauit omnino liberum arbitrium, quia omnia de necessitate absoluta eueniunt, quod olim stupidi Stoici. Empedocles, Critolaus, Diodorus, & alij errantes dixerunt. Hęreticorū insatia.

¶ Dixit dominus ad Cain. Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. hic deus facit liberum arbitriū dominum. Luther in ignominiam creatoris facit illud seruum. Gene. 4.

¶ Mandatum quod ego præcipio tibi, nō est supra Deut. 30.

te, sed iuxta te est sermo ualde in corde tuo, ut facias il lum. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo uitam & bonum, & e contrario mortem & malum, infra, testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim uobis uitam & bonum, benedictionem et maledictionem, elige ergo uitã, & tu uiuas & semen tuũ. Electio pertinet ad liberũ arbitriũ, concordat sapiẽs.

Eccle. 15. ¶ Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta. Si uolueris mandata conseruare conseruabunt te, apposuit tibi aquam & ignem, ad quodcunque uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur ei, nihil expressius dici poterat pro libero arbitrio.

Hiere. 8. ¶ Et eligent magis mortem, q̃ uitam, omnes qui residui fuerint de hac cognatione pessima.

Iob. 22. ¶ Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum.

Iosu. ut li. ¶ Optio data est Iudæis an deum sequi uelint.

2. Re. 24 ¶ Optio data Dauid eligendi plagam ex tribus.

Nume. 30 ¶ Optio data est uiro in uoto uxoris. Modo optio non est sine libero arbitrio.

Eccle. 31. ¶ Qui potuit transgredi & non est trasgressus facere mala & non fecit.

Esa. 56. ¶ Fecistis mala, quoniam potuistis.

Psal. 50. ¶ Voluntarie sacrificabo tibi.

Sapien. 16 ¶ Substantia tua, dulcedinem tuam, quàm in filios habes ostendebat, & deseruiẽs unicuiusque uoluntati, ad quodquisque uolebat conuertebatur.

¶ Ait seruus. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque lucratus sum. Lucrari non potuit ni- Matt. 25.
si liberum arbitrium haberet se actiue, alioquin dice-
ret se decem talenta accepisse. Concordat Paulus.

¶ Abundantius omnibus laboraui, non ego, sed gra
tia dei mecum, simul ergo operantur liberum arbitrium 1. Cor. 15
& gratia, ut ait Hierony. & Bernar. dicit Apostolum
fuisse socium operationis.

¶ Audiantur prophetę. Anima mea in manibus Psal. 118.
meis semper, Paratum cor meum deus, paratum cor me- Psal. 107.
um. Si uolueritis & audieritis me, bona terrę comede- Esa. 1.
tis, quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaue
ritis. gladius deuorabit uos.

¶ Redite præuaricatores ad cor.

¶ Ecce locuta es & fecisti mala, & potuisti. Esa. 46.

¶ Proijcite à uobis omnes iniquitates uestras in qui Hiere. 3.
bus pręuaricati estis, & facite uobis cor nouum, & spi- Ezech. 11.
ritum nouum, & quare moriemini domus Israel, quia
nolo mortem morientis, dicit dominus deus. Reuertimi
ni & uiuite. Et antea dixerat, Si impius egerit peniten
tiã ab oĩbus peccatis suis &c. in iustitia sua quàm ope
ratus est, uiuet. Operatur ergo non solũ recipit iustitiã.

¶ Conuertimini ad me & ego conuertar ad uos, Zach. 11.
ait dominus exercituum.

¶ Hierusalem quoties uolui congregare filios tuos, Matth. 23
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas
& noluisti. Deo uolente homo non uult per liberũ arb.

¶ Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Cum Matth. 19
multis similibus.

1.Cor.14 ¶ *Spiritus prophetarum prophetis subiectus est.*

1.Cor.17. ¶ *Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suę uoluntatis.*

¶ *Insanus Luther imponit necessitatem, Paulus negat, cui credemus.*

2.Cor.9. *Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate.*

1.Ioan.3. ¶ *Omnis qui habet spem hanc in ipso(deo) sanctificat se, sicut ille sanctus est, ecce lib.ar. & eius actiuitatem. & Augu. ibi uidete, quomodo non abstulit lib.ar. infra, quia agis aliquid uoluntate, ideo tibi aliquid tri-*

Psal.26. *butum est, ut dicas sicut psal. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, si dicas adiutor meus es, aliquid agis, nā si nihil agis, quomodo ille adiuuat?*

1.Petri.1 ¶ *Simile dicit. s. Petrus. Animas uestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite. Si ergo debemus nos sanctificare, animas nostras castificare, id non fiet sine libero arbi. neque sine actione liberi arbitrij.*

1.Ioan.1. ¶ *Et in conspectu eius suadebimus corda nostra, quomodo autem suaderet sine libero arbi. aut quæ utilitas suasionis, si omnia necessario eueniunt, ut insanit*

Ad Philemonem. *Luther? Sine consilio tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Luthero bruto, omnia de necessitate fiunt.*

¶ *Porrò si libero caremus arbitrio, & omnia absoluta necessitate eueniunt, nihil relinquitur precibus, consilijs, regiminibus publ. deliberationibus, nulla debentur pręmia uirtutibus, nullę pœnę uitijs, pereunt leges,*

iura, statuta, præcepta, Cessant admonitiones, persuasiones illuminationes &c. nam hæc omnia libertatem exigunt, necessitate autem cassantur. Et in summa hoc esset omnia flagitia, & scelera, impietates ac blasphemias in deum referre. Nam quis imputabit Iudæ proditionem, quàm ineuitabili necessitate commisit, &c.

Contra dicit dominus.

¶ Arguet te malitia tua, et auersio tua ĩcrepabit te. Hiere. 2.

¶ Perditio tua Israel, tãtũmodo ĩ me auxiliũ tuũ. Osee. 13.

¶ Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Si omnia necessario fiunt quid prodest docere, arguere, corripere, erudire? Si lib. ar. nihil facit, quid prodest hominem esse instructũ ad opus bonũ? Vñ Luther ex hoĩbus uult facere trũcos et stipites. 2. Timo. 3

¶ Qui agunt oĩa cum consilio, reguntur prudẽtia. Prouer. 13

¶ Hierony. affirmat sibi hoc studium fuisse, ut omnipotentiam dei simul cum lib. ar. astrueret, simile det Ambr. de uocatione gentium lib. i. ca. iij.

¶ Augu. in pluribus locis, maxime tamen lib. iij. hiponosticon. ubi inter alia inquit. Liberum arbitrium inesse hominibus certa fide credimus, & prædicamus indubitanter. Sic Origenes, Chrysosto. Basilius, Theophilactus (cui ob id iniquior est Oecolampadius) omnes astruxerunt liberum arbitrium.

¶ Gregorius Nissenus fatum ineuitabile Stoycorum destruit, & lib. ar. actiuum euidentissime cõmonstrat.

¶ Cyprianus ad Cornelium lib. i. epist. iij. Christus

dixit ad apostolos. Nunquid & uos uultis abire? seruans scilicet legem qua homo libertati sue relictus & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi uel mortem appetit, uel salutem.

¶ Bernardus est totus in hac sententia, in peculiari libro de arbitrio & gratia.

Obijciunt hæretici.

Ioan. 3. 1 ¶ Baptista dixit. Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo.

Iacobi. 1. 2 ¶ Omne datum & donum perfectum, de sursum est descendens à patre luminum.

2. Cor. 3. 3 ¶ Omnis sufficientia nostra ex deo est.

1. Cor. 4. 4 ¶ Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?

Roma. 9. 5 ¶ Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor, igitur non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat.

Esa. 64. 6 ¶ Quare errare nos fecisti domine de uijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te.

Esa. 45. 7 ¶ Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis? & opus tuum absq; manibus est.

Hiere. 10. 8 Non est hominis uia eius, nec uiri ut ambulet & dirigat gressus suos.

Roma. 11 9 ¶ Si reliquiæ secundum electionem gratie dei salue facte sunt, si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.

Matth. 10 10 ¶ Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa ho-

ra quid loquamini.

11 ¶ *Nonne duo passeres asse ueneunt, & unus ex il-* Ibidem.
lis non cadet super terram sine patre uestro.

12 ¶ *Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, tra* Ioan.6.
xerit eum.

13 ¶ *Ecclesia orat. Deus cuius est totũ qđ ẽ optimũ.*

14 ¶ *Augu. ad Felicianum, dum deus remunerat me-*
rita nostra, coronat dona sua.

15 ¶ *Bernar. Libe. arbitri. est tantum capax salutis.*

16 ¶ *Porrò extollere hoc modo lib. arb. quasi aliquid*
possimus ex uiribus nostris, est hæresis Pelagiani, nã
lib. arb. ante gratiam nihil potest nisi peccare, ideo sco
lastici ponentes meritum congrui sunt noui Pelagiani.

Respondent Catholici.

¶ *Fatemur ante omnia deũ esse primam causam o-*
mnium reꝝ, & nihil sine ipso fieri posse, unda ad oẽm
effectũ naturalem influit generaliter, sed ad opationes
bonas rõnalis creature concurrit ẽt speciali influxu.
* *Deus igitur ex prima causa mouẽs & naturales cau*
sas & uoluntarias. Et sicut causis naturalibus, mouẽdo
eas non aufert, quin actus earum sint naturales. Itã mo
uendo causas uoluntarias non aufert quin actiones eaꝝ
sint uoluntarie, sed potius hoc in eis facit, operatur. n. in
unoquoq; ſm eius proprietatẽ, cũcta disponẽs suauiter.

¶ *Dein fatentur, lib. arb. ex se solo non posse in bo-*
num, & nihil esse, sed gratia dei facit, ut aliquid possit,
ideo nullus homo ex se cogitat aliquid boni, sed ex gra
tia dei speciali. Tertio dicunt hoc non solum intelligi de
gratia, quæ est charitas & gratum facit deo, sed etiam

de motione gratuita præuia, qua deus inspirat, pulsat & uocat hominem ad bonum.

¶ Ideo diligenter est attendendum quid solius dei, quid dei & lib. arb. simul. Quod significantissime Augu. aut quis alius eruditus author in lib. de ecclesiasticis dogmatibus expressit, dicens: Initium salutis nostræ deo miserante habemus (Ecce primo gradus solius dei) ut acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est (en secundum gradum, qui est lib. arb. & ibi meritũ congrui) ut adipiscamur quod acquiescendo inspirationi cupimus, diuini muneris est (ecce gradum tertiũ gratiæ gratum facientis) ut non labamur, in adepto salutis munere, nostræ potestatis est, et diuini pariter adiutorij. Quartus iste gradus perseuerantiæ pendet ex gratia dei, & libero arbitrio simul.

De primo ¶ Fatemur bonum non nisi deo datore accipi, sed aliqua dat agente lib. arb. aliqua sine illius actione.

De scdo. ¶ Ita fatemur merita nostra esse dona dei & data à deo, præueniente, cooperante, & subsequente, sed nõ negatur per hoc lib. arb. concurrere actiue ad merita.

De. 3. 4. 5 ¶ De tertio, quarto & quinto similiter dicatur, nam deus ex misericordia præuenit lib. arb. monendo & misericorditer cooperatur adiuuando.

De sexto. ¶ Populus peccans non facit deum authorem peccati & erroris. Itaque intelligatur, fecisti, id est permisisti, sic indurasti, id est, indurari pmisisti. Iuxta cõem theoricam, sed per hoc non euacuatur actiuitas lib. arbi.

De septi. ¶ Fatemur nullum hominem debere rebellare, aut superbire contra opificem sicut nec instrumentum con-

tra artificem. omnis enim creatura est instrumentum diuine potentię, sed per hoc non aufertur lib. arb.

* Ad aliam Hiere. authoritatem dicendum q͂ in opere hominis est duo inuenire. s. electionem operum, & hoc semper in hominis potestate consistit, & operum executionem, & hoc non semper in hominis est, sed diuina prouidentia gubernante, propositum hominis, quã doq; ad finem perducitur, quandoq; non. Dicitur igitur non esse in homine uia eius quãtum ad executiones electionum in quibus impediri potest multipliciter, uelit nolit. Electiones autem ipse sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio. Et ideo non dicitur esse liber suarum actionũ, sed liber sue actionis, quæ est iudiciũ de agendis, & hoc ipsum nomen liberi arbitrij demonstrat. Sonat. n. liberum de agendo uel non agendo iudicium. De octa.

¶ Saluantur boni ex gratia, nõ operibus, intelligas exclusa gratia, quia opera nihil sunt sine gratia. Non enim sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ait Paulus. De nono. Roma. 8.

¶ Aufert anxiam sollicitudinem precogitandi. Et secus est de scientia apostolorum, quia illa erat infusa, & liberum arbitrium habebat se passiue, secus de operibus liberi arbitrij, quæ simul cum gratia operantur. De decimo

¶ Cecutit Melanchton, qui hoc dictum lacerat cõtra liberum arbitrium, cum omnis homo uideat Christum uelle, omnia esse subiecta prouidentię dei. De undec.

¶ Asserimus tractum patrię per gratiam præuenientem & cooperantem, sed acquiescere tractioni & non indurare corda nostra, si uocem eius audierimus, hoc De. xij.

est liberum arbitrium.

De.xiij. ¶ *Admittimus totum esse à deo, non solum in optimis, sed etiam in omnibus creaturis, sed per hoc causæ naturales non excluduntur, ita nec in moribus liberi arbitrij Alias rotunde dixi, meritum est totum à deo, sed non totaliter, hoc clare intelligit bonus phisicus.*

De.xiiij. ¶ *Merita nostra sunt dona dei, imo omnia bona, quę accepimus temporalia sunt dona dei, sicut* Iob *ait, sed per hoc non excluditur actiuitas liberi arbitrij, sicut nec gignitio bouis, aut equi fructificatio agri &c.*

De.xv. ¶ *Li. ar. est tantum capax salutis. i. gratiæ ibi enim habet se pure passiue id* ꝙ *dictum est de gratia, hæreticus* Carlstadius *torquet ad opera meritoria.*

¶ *Non sunt* Pelagiani *ecclesiastici patres neq; scolastici, non enim negant peccatum originale, non dicunt hominem ex puris naturalibus saluari, sed constanter affirmant gratiam necessariam, imo oportet gratiā pręuenire operationem liberi arbitrij,* Et *recte asseritur meritum congrui, sicut de* Cornelio *centurione liquet.*
Actu.10. *cuius eleemosynas deus respexit et gratiam contulit spiritussancti.* Non *ergo sumus noui* Pelagiani, *sed hæreticus est antiquus, stupidus, stoicus et* Manichei *posthumus,* Lutherus *cum* Carlstadio, Vrbano *&* Pillicano.

✱ *Scito ex pręscientia dei non posse concludi, omnia ex necessitate euenire, (id quod putant nonnulli indocti) & ita actus nostros esse necessarios, necessitate absoluta, quæ dicitur necessitas* Consequentis, *sed bene necessitate conditionata, quæ dicitur necessitas* Consequentie, *cum qua stat libertas arbitrij in humanis, sicut etiā*

rerum contingentia in contingentibus.

¶ *Vide quæ scripsimus in Carlstadium, & in ope re peculiari de libero arbitrio.* Vide *Cocleum, Alphontium, à uilla sancta.*

DE ORATIONE ET HORIS Canonicis. Caput. xxxi.

Quia Lutherus docuit, omnia fieri absoluta necessitate, abstulit liberum arbitrium, plures eius sequaces contra expressas scripturas negant orandum esse, quia Christus pro nobis sufficienter orauerit.

Discipuli dixerũt ad Christum, dñe doce nos orare, & ait illis, cũ oratis dicite. Pater noster &c. Lucæ. 11. Matth. 6.

¶ *Et dimissa turba Iesus ascendit in montem solus orare. Ipse autem secedebat in desertum & orabat.* Matth. 14 Mar. 6.

Factum est autem illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Lucæ. 5. Lucæ. 6.

¶ *Et ascendit in montem ut oraret, & factum est dum oraret, species uultus eius altera.* Lucæ. 9.

¶ *Positis genubus orabat dicens, pater si uis trãsfer calicẽ istũ à me. Et factus in agonia prolixius orabat.* Lucæ. 22. Matth. 16

¶ *Orate ãt ut nõ fiat fuga uestra hyeme uel sabbato* Marc. 14.

¶ *Videte uigilate et orate, nescitis. n. qñ tempus sit.* Matth. 24

¶ *Orate pro persequentibus et calumniantibus uos.* Marc. 13.

¶ *Oportet semper orare, & non deficere.* Matth. 5.

¶ *Deus non faciet uindictam electorum clamantium ad se die ac nocte.* Lucæ. 18. Ibidem.

¶ *Orate ne intretis in tentationem.*

Matth.26 ¶ *Et cũ orassent, motus ẽ locus ĩ quo erãt cõgregati*

Actuũ.1. ¶ *Et orãtes dixerũt. Dñe q nosti corda hoĩum &c.*

Ibidem. ¶ *Hi oẽs erãt perseuerãtes unanimiter in oratione, cũ mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius.*

Actuũ.13 ¶ *Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos.*

Actuũ.14 ¶ *Et cum constituissent illis per singulas ecclesias præsbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino.*

¶ *Quid ergo apostoli auide petierunt scire, Christus docuit & imperauit, ac facto impleuit. Discipuli quoq; & Christiani primitiuæ ecclesiæ sedulo fecerũt, nullo pacto est à Christiano intermittendum.*

Matth.17 ¶ *Hoc autem genus (demoniorum) non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium.*

Marc.9. ¶ *Quęcũq petieritis in oratiõe credẽtes, accipietis.*

Matth.21 ¶ *Orationes tue & eleemosinę tuę ascenderunt in*

Actu.10. *memoriam in conspectu dei.*

Actu.12. ¶ *Et Petrus quidẽ seruabatur in carcere, oratio autẽ fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deũ pro eo.*

2.Cor.1. ¶ *Obsecro ergo uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, et per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis in orationibus uestris pro me ad deum.*

Roma.15 ¶ *Quoniam & adhuc eripiet (de periculis) adiuuãtibus uobis, in oratione pro nobis.*

Philip.4. ¶ *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones uestræ innotescant apud deum.*

¶ *Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis, memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione.* 1. Theſſ. 1

¶ *Orationi instate uigilantes in ea in gratiarũ actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.* Coloſſ. 4.
Hinc inuocatur Maria in principio sermonis.

¶ *Nos uero orationi & ministerio Christi instantes erimus. Nota orationem præponit prædicationi.* Act. ii. 6.

¶ *Dixit Esaias ad Ezechiã, præcipe domui tuæ, morieris & non uiues, qui orauit dicens. Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim, infra. Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui, audiui orationem tuam &c.* 4. Re. 20

¶ *Iosaphat ait. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* 2. Par. 20.

¶ *Oramus deum, ut nihil mali faciatis.*

¶ *Orate pro nobis, ut sermo dei currat, et clarificet* 2. Cor. 13.

¶ *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus, et oĩbus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillã uitam agamus in oĩ pietate.* 2 Theſſ. 3 1. Tim. 2.

¶ *Hic mos à s. Paulo usque in hunc diem seruatur in ecclesia, ut in fine sermonis oret pro statibus ecclesiasticis & secularibus pro pace, pro uiuis et mortuis &c.*

¶ *Volo uiros orare in omni loco, leuãtes puras manus sine ira & disceptatione.* 1. Timo. 2

¶ Ex uete.ergo & no.test.liquet,q̃ utile & necessarium sit rare,pro omni bono,contra omne malũ.Paucos hos locos ex mille delegimus,uide psalmos.

¶ Qui repugnant orationi uuicklefitæ & Lutherani,assimilantur gigantibus contra deum pugnantibus.

Eccle.16. ¶ Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes,qui destructi sunt confidentes uirtuti suæ.

Secundum axioma.

Horas canonicas ab ecclesiasticis obseruãdas ostẽditur.

Psal.118. ¶ Septies ĩ die laudẽ dixi tibi,sup̃ iudicia iustitiæ tuæ

Daniel.6. ¶ Daniel ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cenaculo suo contra Hierusalem,tribus temporibus in die flectebat genua sua & adorabat.

Ecce stata orandi tempora.

Actuũ.3. ¶ Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

Actu.10. ¶ Ascẽdit Pet.ĩ supiora,ut oraret circa horã sextã.

¶ Ecce apostoli obseruarunt solitas orationis horas,apud Iudæos,& hos secuta ecclesia.

Actu.15. ¶ Moyses à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus,qui eum prædicent in synagogis, ubi p̃ oẽ sabbatum legitur inquit.S.Iaco.& hodie faciũt Iudęi.

¶ Ignominiosum foret ecclesiæ tacere canente synagoga.

R.Moses. ¶ Tria capitula leguntur à Iudæis omni die. Exo. xiij.in tribus partibus,& Deut.ix.Rabi Moyses.

Erubescat Christianus qui non laudat deum.

Eccle.3. ¶ Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt

1.Cor.14 uniuersa sub sole,Et cum omnia in nobis honeste, &

secundum

secundum ordinem fieri debere præcipit apostolus, cur laudes diuinæ non haberent suum tempus?

¶ In huius figura Hiericho corruit, quando sacerdotes septem buccinis circuierunt clangendo septies: sic bucinis horarũ canonicarũ, corruunt machinæ diaboli. Iosu. 6.

¶ Nota, cantica ecclesiæ desumpta esse ex Biblia, non tamen secundum translationem Hieronymi, qua iam utimur, sed septuaginta, ut liquet in introitu. Letare Hierusalem, quod confer cum c. lxvi. Esa. Ibi letamini Hierusalem.

¶ Sequitur ista cãtica fuisse in missa, ante Hieronymũ.

¶ Cyprianus testatur, de expositione orationis dominicæ, horas canonicas, etiam in ueteri testamento obseruatas ex Daniele, sed nobis Christianis prêter horas antiquitus obseruatas orandi, nunc & spacia & sacramenta creuerunt. Cyprian.

¶ Sub lege erat hora tertia, sexta & nona, ecclesia addidit matutinas, primam, uesperas & completorium, ut sic iustitia nostra plus abundaret, quàm scribarum & phariseorum. Matth. 5.

¶ Mysteria horarum uide ibidem.

¶ Iulianus Imperator apostata, transtulit ritũ psallendi & horas canonicas ad paganos, ut honestas ecclesiæ non esset admirationi gentibus, testis Cassiodorus in hystoria tripartita. Cassiodo.

¶ Hieronymus de uirginitate seruanda ad Demetriadem Prêter Psalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad uesperam, media nocte & mane semper est exercendum, statue, quot horis san- Hierony.

ctum scripturam ędiscere debeas.

¶ Idem in Epitaphio Paule de ordine monasterij

Hierony. inquit. Mane, hora tertia, sexta, nona, uespere, noctis medio, per ordinem Psalterium cantabant.

¶ Basilius de institutione uite religiosorum ca. ij.

Basilius Horę à sanctis uiris precibus ad deum ac laudibus dicate, sequende sunt, ait enim magnus Dauid. Media

Psal. 118. Psal. 54 nocte surgebam ad confitendum nomini tuo, super iudicia iustitie tuę. Rursus ait uespere et mane, et meridie.

Chrysost. ¶ Chrysosto. homilia. lvi. Matutinas orationes compleuerunt, infra. Tertiam, sextam, nonam, & uespertinas orationes celebrant.

Conciliū. ¶ Agathense concilium, prasbyter mane matutinali officio expleto, pensum seruitutis suę, uidelicet primam tertiam, sextam, nonam, uesperamq; persoluat.

¶ Augu. ad inquisitiones Ianuarij. Sine dubitatione faciendum ēst maxime id quod de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis & ipsius domini & apostolorum habemus exempla.

Hoc autem non fit nisi in horis Canonicis.

DE MATVTINIS HORIS.

Psal. 118. MEdia nocte surgebam ad confitendum tibi.

Ibidem. ¶ Memor fui nocte, nominis tui domine.

Psal. 133. ¶ In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite domino.

Psal. 6. ¶ Lauabo per singulas noctes lectum meum.

Psal. 91. ¶ Bonum est confiteri domino, & psallere nomini

tuo altissime, ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem.

¶ *Factum est in noctis medio, percussit dominus omne primogenitum in terra Ægypti.* Exod.12.

¶ *Media nocte clamor factus est, ecce spōsus uenit.* Matt.25

¶ *Ecce media nocte deus laudandus est, hę enim sunt uigilię Christianorum & monachorum, ait Hierony. Sic enim cladi Ægyptiorum non miscebimur, sed sponso uenienti lęti occurremus.* Hierony.

¶ *Praeueni in maturitate & clamaui.* Psal.118.

¶ *Christus dum media nocte orat in monte oliueti, à Iudá proditur, à Iudæis capitur.* Matth.26 Ioan.18.

¶ *Media autem nocte Paulus & Silas adorantes laudabant deum, infra. Subito terremotus factus est magnus.* Actu.16.

¶ *Si ergo Dauid prophetę, Christus, apostoli. media nocte orauerunt ad dominum cur Lutherani pigri & sternutantes hæretici, irrident religiosos ad matutinas surgentes, quia uanum sit ante lucem surgere, quia promiserit dominus coronam profunde dormientibus.* Ironia.

¶ *Christus erat pernoctans in oratione dei.* Lucæ.6.

¶ *Petrus media nocte liberatus de carcere Herodis* Actu.12

¶ *Chrysostomus Constantinopoli contra Arrianam perfidiam, auxit in nocturnis, hymnis, orationes, author Cassiodorus libro x. historie tripartite, ca. viij.* Chrysost.

¶ *Tribus Leui iussa fuit specialiter seruare custodias noctis filiorum Israel ante tabernaculum testimonij. Specialiter ergo iam religiosi uigilent in matutinis, pro salute Christiane plebis.* Nume.3.

¶ Abeat ergo Vigilantius & Lethargici hæretici cum Lutheranis, uigilias & matutinas contemnentes.

DE NOCTVRNIS ET LAVDIBVS.

INstitutio solemnis officiandi à. s. Marco dicitur incœpisse in Alexandria, quæ postmodum ad alias defluxit ecclesias, testatur Philo Iudæus, renarrat Eusebius, eos nouos composuisse hymnos libro secundo capi. decimo septimo & de nocturnis officijs & psalmorum lectione. Testis etiam Cassiodorus.

Philo.

Eusebius.

¶ Si ergo Marcus hoc ordinauit in Alexãdria, pro fecto hoc à. s. Petro habuit, sicut & suum euangelium.

Hierony.

¶ Duodecim psalmos ordinatos fuisse testatur Cassianus, & totidem lectiones ex nouo & ueteri testamento.

¶ Concilium Laodicense noluit psalmos continuari, sed lectiones interseri.

¶ Sanctus Hieronymus psalterium aptissime diuisit iussu Damasi, ut magna uarietas orandi cessaret.

Nocturni

¶ Tres nocturni & laudes in una uigilia canuntur loco quatuor uigiliarum, cum caro infirma sufferre non sufficeret, continuam uigilandi obseruantiam.

Laudes.

¶ Laudes deo persoluuntur, quod cum omnis creatura in laudem dei soluatur, culpabilis esset homo rationis capax, qui id facere negligeret.

¶ Propheticæ assumpte sunt, supra psalmorũ usum, quod omnes prophetæ Christum scopum habuerunt, & Christus in synagoga aperuit & legit Esaiam.

Lucæ. 4.

¶ Euangelia quoque certa, certis diebus & festis fuerunt à tempore apostolorum accommodata, & annua obseruantia custodita. Aug. in prologo super canonicam Ioannis. Interposita est solemnitas sanctorum dierum, quibus certas ex Euangelio lectiones oportet in ecclesia recitare, quae ita sunt annuae, ut aliae esse non possint, ordo ille quem susceperamus necessitate paululum intermissus est. Augu.

¶ Aug. necessarium ponit certa in festis legi euangelia. Haeretici omnia confundunt, Euangelia omni die pro libito sumentes.

¶ Libros Ione & Iob certo tempore legi astruit Ambrosius li. v. Epistolarum, epistola tricesima tertia. Ambrosi.

¶ Concilium Aphricanum. c. xiij. decreuit. liceat legi passiones martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur.

DE HYMNIS ET ANTIPHONIS ET PSALLENDI VSV.

ET hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Matth. 26

¶ Verbum Christi habitet in uobis abundantur, in omni sapientia docentes & commonentes uosmetipsos in psalmis hymnis & canticis spiritalibus & gratia cantantes in cordibus uestris domino. Coloss. 3.

¶ Introite portas eius in confessione, atria eius, in hymnis confitemini illi. Psal. 99.

¶ Te decet hymnus deus in Syon. Psal. 64. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas. Psal. 118. 3. Ma. 10

1.Cor.14. ¶ Quibus gestis, in hym. & confessionibus benedi-
Psal.9. cebant dominum qui magna fecit in Israel. Orabo
spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & men
te. Psallite domino, qui habitat in Syon psallam nomini
tuo altiss. in psal. per totum.

Psal.46. ¶ Psallite deo nostro psallite.

Ephe.5. ¶ Impleamini spirituſancto, loquentes uobismetip-
sis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, can-
tantes & psallentes in cordibus uestris, etc.

¶ Psalmus obsecrationem, Antiphona postulatio-
nem, Collecta orationem, Hymnus gratiarum actionem
sonat, horum enim quatuor meminit Paulus.

1.Timo.2 ¶ Alexandriç ortus psallendi alternus modus, su-
Supra. pra, à Chrysostomo restitutus, per omnem ecclesiam
receptus.

Conciliũ. ¶ Concilium Toletanum dixit, de hymnis canendis
et Iesu saluatoris et apostolorum habemus exemplum.

Conciliũ. ¶ Idem concilium Isidoro preside. Ne aliquibus no
stra diuersitas apud carnales uel ignaros schysmatis er-
rorem uideatur ostendere, & multis extet in scandalũ
uarietas ecclesiarum. Vnus igitur ordo orandi atq;
psallendi à nobis per omnem Hispaniam atq; Galitiam
conseruetur.

¶ Augu. ad inquisitiones Ianuarij. Si quid per loca
ecclesiarum regionumq; uariatur, faciat quis, quod in
ecclesia in quàm uenerit, inuenerit, non enim quic-
quam eorum contra fidem est, nec contra mores fit.
Psal. 44. Vide eum est pulcher.

Esa.6. ¶ Varietas ecclesiarum in diuinis officijs, non im-

pedit, sed ornat, quia astitit regina à dextris tuis, circundata uarietate, modo non sit tanta uarietas, ut uideatur inducere errorem schysmatis.

¶ Isidorus Antiphonas Græci alternis choris cecinerunt, uelut duobus seraphin ac testamentis inuicem sibi clamantibus. S. Ambr. Grecos immitatus, apud latinos Antiphonas instituit. Isidorus

¶ Ignatius primus per uisionem doctus angelorũ, Antiphonas Antiochie instituit.

¶ Et quatuor animalia requiem non habebant die, ac nocte, dicentia. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus deus omnipotens. Apoca. 4.

¶ Ad angelorum imitationem ecclesia se exhortatur ad cantum.

¶ Cœli cœlorumq; uirtutes, ac beata Seraphin, socia exultatione concelebrant, cum quibus et uostras uoces, ut admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes. Sanctus, sanctus. Ecclesia.

¶ Luther egregie hic desipit. Cũ enim passim reijciat constitutiones humanas, hic ne uideatur totus pigritare, horas canonicas non reijcit omnino, sed pro suis apostatis & periuris, permittit, ut tres dumtaxat psalmos pro matutino sumant officio, tres pro uespertino.

¶ Paulus Corinthios, Ephesios, & Collossen. docuit cantum uocalem, in hymnis & psalmis. Vbi supra.

Obijciunt Hæretici.

1 ¶ Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum.

2 ¶ Si orationes ualerent, tunc deum necessitarent.

3 ¶ Si orationes essent utiles, tunc alia bona opera essent superflua.

Matth.6. 4 ¶ Scit pater uester quid opus sit uobis ante quàm petatis eum, frustra ergo orant.

Malac.3. 5 ¶ Ego deus et nõ mutor, ergo oratione non flectit.

6 ¶ Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciũt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Idea oratio non sit prolixa.

7 ¶ Sacerdotes possent aliquid utilius facere, quàm murmurare tot psalmos, & quid melius & deo placentius? Ita argumentantur aliquando tepidi auditores Theologiæ.

8 ¶ In Biblia horæ canonicæ non præcipiuntur clero.

9 ¶ Nihil est in ecclesia legendum, nisi uerbum dei. In orationibus autem multa alia continentur, etiam fabulosa de sanctis.

Respondent Catholici.

De primo ¶ Christus hic non prohibet orationem, sed hypocritam qui uerbis orat deum, non factis, excludit à regno cœlorum, quales sunt hæretici, factis deum impugnantes.

De scđo. ¶ Deus omnium rerum supremus arbiter, à nemine necessitatur, at tamen pijs orationibus fidelium pulsatus, gerit se per modum necessitati, uelut ait Moysi roganti. Dimitte me, ut irascatur furor meus, quasi prohibitus petit se dimitti.

Exod.32. ¶ Oportet illud facere (orare) & alia non negligere, adeo ieiunium non est superfluum nec eleemosina,

De tertio. ut subleuetur his oratio in cœlum.

De quart. ¶ Fatemur deum præscire, nec narramus, ut ignorā

ti, sed rogamus ut potentem subuenire. Oratione itaque id petimus, quod deus disposuit nos medio orationis esse consecuturos. Vult.n. rogari deus, ne uilescat datum.

¶ Deus oratione non mutatur per essentiam, sed effectus mutatur. De quinto

* Vnde oratio nostra non ordinatur ad immutationem diuinæ dispositionis, sed ut obtineatur nostris precibus, quod deus disposuit ante secula donare, ut dicit Grego. in lib. dialogorum. 23.q.4.c. Obtineri.

¶ Non prohibetur multaloquium orationis simpliciter, sed sicut ethnici faciunt. Augu. ad Probam inquit. Multiloquium prohibetur, non prolixitas seu duratio. Nam multū loqui, est rem superfluis agere uerbis. Vnde patrum in Ægypto breues, sed crebre erant orationes, prolixe orauit Christus, prolixe orauit Anna, & multiplicauit preces, et Christus pnoctabat in oratiõe. De sexto. Lucæ.22. 1.Reg.1. Lucæ. 6.

¶ Isti sunt similes Naamā, q̄ meliores iudicauit fluuios Damasci omnibus aquis Israel, ut mundetur in eis sed propheta iubet, ut in Iordane lauetur, si uelit sanari. Ita si melior sit lectio utriusq; testamenti, sit ita, tamen in aqua lauandum est, ubi magistri ecclesiæ iubent, in septem horis canonicis. Sic cæcus iussus adire natatoria, non dixit melius est, ut orem, nostrum est obedire præceptis non pro arbitrio nostro potiora eligere. Maledictus qui facit opus domini negligenter. De septi. 4.Re.6. Hiere. 48

¶ In Biblia non præcipiuntur horæ canonicæ, sed insinuantur, & ecclesia à sacris magistris, id est apostolis hoc accepit. Obedire autem oportet præpositis. Cō tendis horas debere esse liberas, uerum est libertate De octa. Heb.13.

Christiana, qua seruiendum est deo, non autem libertate Mahumetica, qua quisqꝫ facit uel omittit, secundum desideria praua cordis sui.

De nono. ¶ Contrarium fuit ostensum, etiam legendas sanctorum in officijs diuinis recitandas, similiter homiliæ patrum leguntur, & collectæ orationum, in sacris literis expresse non continentur. Agones uero inuictorum martyrum non reijcimus more Lutherano, modo fideliter sint conscripti, nam & in Biblicis scriptis aliqui continentur, Actuū. 7. ut Stephani, Iacobi, Pauli, &c. alij à magnis quandoqꝫ uiris sunt perscripti.

Coronis.

¶ Lutherani & alij hæretici, explodentes ritum canendi, legendi, & orandi ecclesiasticum, atqꝫ iuxta uesana eorum capita, nouas conficientes formulas cantandi, missandi, ac orandi, faciunt sicut Paulus, Samosatenus Eusebius. hæreticus, qui psalmos Christo cessare fecit, uelut nuper inuentos. In semetipsum autem compositos in die Paschæ in medio ecclesiæ canere mulieres, maxime quas prius instituerat, faciebat. Sic modo faciunt stulti hæretici cum suis cantilenis, & porcinis, ac canis nouis ululatibus.

DE PLVRALITATE SAcerdotum & Decimis.

Hæretici calumniantur multitudinem seruorum dei, sacerdotum & monachorum.

SAnctifica mihi omne primogenitum, quod aperit uuluam in filijs Israel tam de hominibus, quàm in mentis, mea enim sunt omnia. Exodi. 13

¶ Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Exo. 22.

¶ Primogenita quæ ad deum pertinent, nemo sanctificare poterit & uouere. Leuit. 27

¶ Ego tuli Leuitas à filijs Israel, pro omni primogenito, qui aperit uuluam in filijs Israel, eruntq́; Leuite mei. Nume. 3.

¶ Meum est omne primogenitum, ex quo percussi, primogenita in terra Ægypti, sanctificaui mihi quicq̃d primum nascitur in Israel. Ibidem.

¶ Tolles Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel.

¶ Ecce in lege naturę, omnes primogeniti gaudebant priuilegio sacerdotij, & in lege scripta, loco primogenitorum successit tota tribus Leui. Nunc non sunt tot sacerdotes & monachi quot sunt primogeniti.

¶ Dixit Iacob ad Esau, Vende mihi primogenita tua, inf. Iurauit ei Esau, & uendidit primogenita. Gene. 25.

¶ In lege nature primogenitura erat magna, quia primogenitus accepit benedictionem à patre (& erat loco consecrationis) habebat potestatem benedicendi, uestem item specialem in qua offerebat, duplam portionem habebat in hęreditate et feraulis. Cesserunt ista omnia sacerdotio Aaronis primo, dein sacerdotio nostro, dempto eo quod sacerdotes non accipiunt duplã portionem quia simpla eis inuite redditur iam à laycis, uel omnino negatur.

Num. 3. ¶ Omnes Leuitæ in genere masculino à mense uno & supra uiginti duo milia. Recensuit Moyses primogenitos filiorũ Israel, & fuerunt masculi à mense uno, & supra, uiginti duo milia ducenti septuaginta tres, infra. Locutus est dominus. Ego sum dominus. In precio ducentorum septuaginta trium qui excedunt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel, accipies quinq; siclos per singula capita, dabisq; pecuniam Aaron & filijs eius, precium eorum qui supra sunt.

¶ Pondera primogenitos redemptos pecunia, huic nemo miretur si hodie in ecclesia similes redemptiones fiunt, puta ut lacte uescaris in ieiunio, contribuas ad hanc fabricam, est enim communicatio unius boni in aliud. Cessat ergo rudium argumentum, si est permissum uel iustum cum pecunia, ergo etiam sine pecunia.

¶ Hodie talis pecunia datur communiter pauperibus, uel ecclesijs, quomodo clamarent Layci, si daretur clero, sicut iussit hic deus.

1. Par. 23 ¶ Numerati sunt Leuitæ à uiginti annis & sup. & inuenta sunt triginta octo milia uirorum.

Ibi. ca. 24 25. 26. ¶ Distribuuntur ibidem in cantores, ianitores, præpositos, iudices, & in plures sortes & classes.

¶ Cum autem tam parua fuerit Iudæa aut longitudo fuerit iter tridui. De latitudine, inquit Hieronymus in epistola ad Dardanum, pudet dicere erubescat Christianus indeuotus, qui contra multitudinem religiosorũ, Hierony. conqueritur, cum multo maior numerus seruientium deo fuerit in lege Mosayca.

1. Par. 12 ¶ Nam cum populus Israel fuerit. 110000. sequi-

tur numerum deo seruientium, fuisse ferme. xxviij. eius partem.

¶ *Vnde uolentes minui clerum sunt Pharaones, qui populum Hæbreũ seruientem deo, uoluit minuere.* Exod. 1.

DE DECIMIS ET ALIIS *obuentionibus.*

DEcimas & primitias non tardabis offerre. Exod. 22.

¶ *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini dei tui.* Exod. 23

¶ *Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt uictimas, dabunt sacerdoti armum & uentriculum, primitias frumenti, uini, olei, & lanarum partem ex tonsione ouium.* Deut. 18.

¶ *Omnesq; primitie, quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent, & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, et tradit manibus sacerdotis, ipsius erit.* Nume. 5.

¶ *Iosue dedit Leui. xlviij. ciuitates cũ suburbanis.* Iosue. 21.

¶ *Ciuitates plures, quàm sexaginta cum suis suburbanis, date fuerunt Leuitis.* 1. Par. 6.

¶ *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, hi tamen fuerunt supremi duces populi ex Ægypto.* Psal. 98.

¶ *Samuel sacerdos secundum Bedam, aut ad minus Leuita, teste Hierony, libro. i. contra Iouinianum, fuit enim de tribu Leui, eodem teste in. i. Regum, xv. is tamen fuit supremus iudex Iudæorum.* Hierony. propter. Augu. 1. Reg. 7

¶ *Tribus regalis Iuda & sacerdotalis connubia cõtrahebant, hinc Elisabet mater. S. Ioannis uxor Zacha* Lucæ. 1.

possis promereri, pro auaritia tua duplici benedictione fraudaris haec est domini iustissimi consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris, dabis impio militi, quod non uis dare sacerdoti. xvi. q. prima decime.

Augu. ¶ Augusti. *Decime ex debito requiruntur, & qui*
Luce. 10 *eas dare noluerint, res alienas inuadunt.*
1. Cor. 9. ¶ *Dignus est operarius mercede sua.*
Deut. 25. ¶ *Quis militat unquam proprijs stipendijs?*
1. Cor. 9. ¶ *Non alligabis os boui trituranti.*
Ibidem. ¶ *Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus.*

¶ *Et qui altario deseruiunt, cum altario participant.*

Actuu. 9. ¶ *Quotquot possessores agrorum aut domorum erant, uendentes afferebant precia eorum, quae uendebantur, & ponebant ante pedes apostolorum, diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat: uide supra titulo. xxij.*

1. Cor. 16 ¶ *De collectis autem quae fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs* Galatie, *ita & uos facite per unam sabbati.* Collecte *iste fiebant in usum pauperum* Hierosolymis *& praedicatorũ, & hodie* Christiani *in* Graecia *sub Turca, nutriunt patriarcham & clerum ex collectis, unde à colligendo oratio in missa collecta dicitur, licet, & alie sint rationes mystice.*

¶ Postea *quàm reges & principes submiserunt colla fidei, & inclinarunt ceruices signo crucis, donationes & dotationes beneficiorum in locum collectarum successerunt.*

¶ Siluester

¶ Siluester papa.xij.q.i.futuram futuram ecclesiam in gentibus apostoli prævidebant, idcirco prędia in Iudea minime sunt adepti, sed precia tantummodo ad fouendos egenos, meminit postea donationis Constantini, de qua nonagesima sexta distinctione Constantinus & quomodo uiri religiosi incœperunt possidere prædia, ascribitur Melchiadi canon, in uetustis est syluestri Melchiad

¶ Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas quod dixit ei Iesus eme ea, quę nobis opus sunt ad diem festum.etc. Augu.ibi Habebat iergo & dominus loculos, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat, tunc primum ecclesiasticæ pecunię forma est instituta, ubi intelligeremus quod pręcepit non cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse pręceptum, ut nihil pecunię seruetur à sanctis, sed ne deo pro ista seruiatur. Ioan. 13. Augu.

¶ Augu.de sermone domini in monte. Docuit Christus exemplo suo neminem scandalizari, si eius serui necessaria sibi procurent.

¶ S. Vrbanus primus martyr, instituit ante Syluestrum, ut ecclesia prędia ac fundos à fidelibus oblatos reciperet.

¶ Auxerunt hoc martyres sequẽtes, Poncianus, Antherus Fabianus, Cornelius, etc. usq; ad Syluestrum.

¶ Cassiodo.li.vi.tripartite hist. Constantinus Imperator disponens res clericorum, unicuiq; ciuitati prospexit, ut clerus sufficientia emolumenta perciperet, & hoc lege firmauit. Malac.3.

¶ Inferte omnem decimam in horreum meum, ut

ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit dominus.

Ibidem. ¶ *Si non aperuero uobis cataractas cœli, & effundero uobis benedictionem usq; ad abundantiam, & increpabo pro uobis deuorantem, & nõ corrumpet fructum terrę ueſtre, nec erit ſterilis uinea in agro.*

¶ *Stulti layci timent ne minus habeant, ſi decimas & oblationes præſtent.*

¶ *Augu. Antiqui patres, ideo omnibus copijs abundabant, quia decimas dabant.*

¶ *Ergo timendum eſt eos non proſperari, qui religioſis etiam mendacitatem inuident, & fratribus certum numerum præſcribunt, ignorantes ſynagoge largitatẽ, quæ tot milia Leuitarũ in ſingulos dies alebat.*

Augu. ¶ *Auguſti. Si decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis et anime conſequeris, non enim deus premium poſtulat, ſed honorem.*

¶ *Hinc ditiſſimi fuerunt principes & nobiles Germanie, quando abundanter dabant eccleſijs, monaſterijs. Iam omnium rerum egeſtas eſt apud plebem, & principes.*

¶ *Maior fuit olim Abbatum Augie maioris ſancti Galli & Camboduni ſplendor, quàm iam ſit trium epiſcoporum.*

¶ *Carolus Magnus, anno domini octingenteſimo, decimo tertio uillam regalem, Vlmam cum omnibus iuribus & appendicijs & locis adiacentibus monaſterio, Augie maioris tradidit.*

¶ Carolus factus est magnus, quod in dotando ecclesias magnum secutus est Constātinum, qui fœlix ob tuitionem ecclesiæ dictus est ab Augustino libr.ij. contra Petilianum cap. nonagesimo tertio, & ab Ambrosio, libro epistolarum quinto de obitu Theodosij Imperatoris. Carolus Augu. Ambr.

¶ Caueant principes ne spoliando clerum, malint imitari impium Iulium Imperatorem apostatam, quàm Christianissimos principes. Constantinum, Theodosium, Carolum magnum, sanctum Henricum.

¶ Cassiodorus lib. vi. tripartitæ historiæ. Iulianus clericis omnia priuilegia, honores consuetudinesq́; subtraxit, & leges positas pro eis soluit, & rursus. Omnes possessiones atq; pecunias Cæsariensium ecclesiarum, cum uerberibus exquirens, ad medium iussit afferri. Moxq; eis trecentas auri libras], in erario publico collocauit. Cassiodo.

¶ Et post multa interea iubentur uasa ecclesiarum sacra, fisci erario deputari, sublatisq́; ianuis maioris ecclesiæ fit cunctis accessibile sanctuarium. De Iuliano constat, quod anno. xxxij. ætatis mortuus est, & imperauit anno dumtaxat uno, mensib. vij. Satellitum suorū pœnas, Iuliani, Felicis, & Helpidij. Cassiodorus, ubi supra prosequitur. Beneuentus. Cassiodo.

¶ Heliodorus cum templum Hierosolymis opulentissiumm spoliare uellet, miraculo multis plagis & flagris afficitur, orante pro eo Onnia sacerdote, restituitur. 2. Mac. 3.

¶ Antiochus ascendit in Hierusalem, cum multitu-

dine graui, & intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & uniuersa uasa eius, mensam propositionis & libatoria, phialas, mortariola aurea, uelum coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat, & comminuit omnia, & accepit aurum & uasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublatis omnibus abijt in terram suam & fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna, et factus est planctus magnus in Israel & in omni loco eorum, & ingemuerunt principes & seniores, & iuuenes & uirgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in throno maritali lugebant, & commota est terra super habitantes in ea, & uniuersa domus Iacob induit confusionem.

De exitu suo scribitur.

2.Mac.9. ¶ Contigit illum euntem de curru cadere. & graui corporis collisione membra uexari, ita ut uermes de corpore eius scaturirent, ac uiuentes in doloribus carnes effluerent, odore etiam illius & fetore exercitus grauaretur, cum nec ipse iam fetorem suum ferre posset infra. In monte miserabili obitu uita functus est.

1.Mac.9. ¶ Alchimus dissolutus est paralysi, nec ultra potuit loqui uerbum, & mortuus est Alchimus in illo tempore cum tormento magno.

1.Mac.7. * Nicanor cum triginta quinque milibus occisus est, caput eius cum manu nepharia, quàm extenderat contra domum sanctum omnipotentis dei abscissa, contra

templum suspensa sunt, & lingua eius particulatim diuisa, auibus data est.

¶ Baltazar bibens in uasis templi eadem nocte interfectus est & Darius Medus successit in regnum. Dan. 5.

¶ Thomas Cantuariensis pro iuribus & predijs ecclesiæ sue occiditur, fratribus missam pro defunctis apparantibus, angeli astant & intonant letanter. Letabitur iustus etc. Cantua.

¶ Caueant igitur principes consiliarios, qui pro utilitate regni et tuitione dominij consulunt (præter extremam necessitatem) ecclesias spoliari.

¶ Sichemite dederunt. lxx. pondo argenti de phano Baal Berit Abimelech. qui conduxit sibi ex eo uiros inopes, & uagos, hoc fecit ut principatum obtineret. Iudicū. 9.

¶ Sed mulier iaciens fragmentum mole, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Ibidem.

¶ Achas rex collegit argentum & aurum, quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regis, & misit regi Assiriorum, ut eum saluaret de manu regis Syrie, & regis Israel. 4. Re. 16.

¶ Hoc fecit impius rex, idololatra, non contentus præsidio dei sibi ab Esaia promissa. Esaie. 4.

¶ Boni igitur principis officium fuerit, clerum amare & defendere, priuilegia concessa seruare integra, ab ecclesijs & ecclesiasticis sua bona relinquere. Hereses uero & hæreticos, quàm remotissime à finibus suis cohercere, in quo & sibi, & subditis pacem & tranquillitatem parabit, & uitam cum Christianissimis ueteribus principibus merebitur eternam. Finis.

AVGVSTINVS SVPER
Cap. Ioannis.

¶ Omnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram, intente oportet audire, maxime tamen memoriæ commendanda sunt, quæ aduersus hæreticos ualent plurimum, quorum insidie infirmiores quosq; & negligentiores circumuenire non cessant.

FINIS.

Venetijs per Ioan. Antonium & Fratres de Sabio.
M. D. XXXIII. Mense Martio.



DE POENITENTIA ET CONFESSIONE *secreta semper in Ecclesia dei obseruata, Cōtra Lutherum.*

Libri. II.

DE SATISFACTIONE *& alijs Pœnitentiæ annexis, contra Lutherum.* Liber unus

Ioanne Eckio Authore.



M D XXXIII.

BEATISSIMO PATRI ET DOMI
no. D. Adriano. vi. Pont. Max. Ioan. Eckius,
Humilem ad Pedes commendationem.

PRobi ac exasse formati artifices, Pont. Max. qui corporum formas emulátur, ante omnia capitis modum effigiant: nec in alia membra prius lineas destinant, quàm arcem figurarum consumata habitudine absoluerint. Ita ego Adriane apostolici culminis praesidens, contra haereses Lutheranas, omniũ antiquorum haereticorum perfidiam ac impietatem superantes scripturus, primum à capite exorsus sum, hoc est ab ecclesiae & summi Pontificis authoritate, nam hoc euicto & triumphato: ruiturae erant omnes peruersi hominis aduersus fidem Catholicam, machinae. Porrò cum sacramentum poenitentiae uni cum sit peccantium refugium ac medicina. Confessio ipsa, neruus sit totius Christianę disciplinae: Videbar ex re catholicorum facere: Si. errata, Impietates, ac hęreses Lutheri ac Oecolampadij gladio spiritus, quod est uerbum dei, resecarẽ: pristino candori, contra haereticorum fecem, confessionẽ restituerẽ. Curauimus autem obnixius, ut neglectis recentioribus, ac neotericis, quamuis magnę ducã eos esse authoritatis ecclesię doctoribus, uestigia ueteris monetae ab ecclesia receptae sequeremur: omnia ex fonte hausimus sacrarum literarum, & receptissimis ecclesię scriptoribus. Quid enim proprium nostrũ esse poterit: cũ nihil omiserit antiquitatis diligentia intactum, nihil qđ

ab ecclesiæ patribus non sit uentilatum, & excussum. Utile tamen iudicaui, hoc nostri sæculi hominibus præscribere: cum temere negent Lutherani, antiquitus receptam fuisse confessionem. Cum autem in Rep. Christiana, peccatis nostris exigentibus, omnia permisceantur, turbentur, ac tumultuentur. Foris enim instat atrocissimus hostis Turcha, Christiani sanguinis sitientissimus: Interius uero, præter plebeorum furorem, ac Principũ Christianorum grauissima bella, execrabilibus erroribus, ac perniciosissimis implicatur hæresibus. In tantis ecclesiæ afflictatę calamitatibus, maximam de te concitasti expectationem, qui Reip. Christianæ succurrere uelis & possis: Nobis hoc pollicetur, rerum Theologicarum rara & sublimis eruditio, cana prudentia, morum candor inculpatissimus, ac ante actę uitæ incredibilis integritas. D.O.M. gratia sua ac adiutorio te et ecclesiam suam, non destituat. Sed hunc in te animum pacandæ Christianitatis, cum bona corporis ualetudine, augeat, promoueat, ac diutissime conseruet. Ego autem huius libri examen, potissimum amplitudini tuæ subijcere uolui, quod industria tua promptius pręstabit suffragium si bene scripsi: & benignitas, faciliorem spondebit ueniam, si erraui: ne pluribus epistola oneretur, me S.T. commendo. Ex Ingoldestat Bauariæ Idi. Nouemb. Anno Gratiæ. M. D. XXII.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

Proloquium. Cap. I.

VM singula sacramenta in Christo Iesu, & summe sint ueneranda, & ad prime utilia: non tamen infimum inter ea sortitur locum pœnitentia, post baptismum maxime necessaria, hijs qui de nuo puritatis candidam uestem amiserunt: nullũ enim aliud est sacramentum, quod plures animas ex orco liberet, & ad æternæ beatitudinis sedes euehat, ac ipsa pœnitentia. Nam res est pœnitentia tam salutaris atque frugifera, ut eius cõmoditates facile oratione explicari non possint, uelut omnis authoritas clamat, inquit Augusti. & omnis bonorum uita conatur ostendere. Quomodo enim nõ optima res esset pœnitentia, eodem astipulante, quæ defectus reuocat ad perfectum hominem redire facit de morte ad uitam, & remissionem peccatorum impetrat in hoc sæculo, quæ ualeat in futuro, quæ iratum potens est placare iudicem, ut sacra scriptura testatur. Si clausero cœlum (ait deus) & pluuia non fluxerit: & mandauero & præcepero locustæ, ut deuoret terram: & misero pestilentiam in populum meum. Conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit: & exquisierit faciem meam & egerit pœnitentiam à uijs suis pessimis: Ego exaudiam è cœlo. ¶ At quàm præstabilis res est pœnitentia, Si quis ea recte utatur: tam pernitiosus

ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit dominus.

Ibidem. ¶ *Si non aperuero uobis cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem usq; ad abundantiam, & increpabo pro uobis deuorantem, & nõ corrumpet fructum terrę ueſtre, nec erit ſterilis uinea in agro.*

¶ *Stulti layci timent ne minus habeant, ſi decimas & oblationes præſtent.*

¶ *Augu. Antiqui patres, ideo omnibus copijs abundabant, quia decimas dabant.*

¶ *Ergo timendum eſt eos non proſperari, qui religioſis etiam mendacitatem inuident, & fratribus certum numerum præſcribunt, ignorantes ſynagoge largitatẽ, quæ tot milia Leuitarũ in ſingulos dies alebat.*

Augu. ¶ *Auguſti. Si decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis et animę conſequeris, non enim deus premium poſtulat, ſed honorem.*

¶ *Hinc ditiſſimi fuerunt principes & nobiles Germanie, quando abundanter dabant eccleſijs, monaſterijs. Iam omnium rerum egeſtas eſt apud plebem, & principes.*

¶ *Maior fuit olim Abbatum Augie maioris ſancti Galli & Camboduni ſplendor, quàm iam ſit trium epiſcoporum.*

¶ *Carolus Magnus, anno domini octingenteſimo, decimo tertio uillam regalem, Vlmam cum omnibus iuribus & appendicijs & locis adiacentibus monaſterio, Augie maioris tradidit.*

¶ Carolus factus est magnus, quod in dotando ecclesias magnum secutus est Constātinum, qui fœlix ob tuitionem ecclesiæ dictus est ab Augustino lib.ij.contra Petilianum cap. nonagesimo tertio, & ab Ambrosio, libro epistolarum quinto de obitu Theodosij Imperatoris. Carolus Augu. Ambr.

¶ Caueant principes ne spoliando clerum, malint imitari impium Iulium Imperatorem apostatam, quàm Christianissimos principes. Constantinum, Theodosium, Carolum magnum, sanctum Henricum.

¶ Cassiodorus lib. vi. tripartitite historiæ. Iulianus clericis omnia priuilegia, honores consuetudinesq; subtraxit, & leges positas pro eis soluit, & rursus. Omnes possessiones atq; pecunias Cæsariensium ecclesiarum, cum uerberibus exquirens, ad medium iussit afferri. Moxq; eis trecentas auri libras), in erario publico collocauit. Cassiodo.

¶ Et post multa interea iubentur uasa ecclesiarum sacra, fisci erario deputari, sublatisq; ianuis maioris ecclesiæ fit cunctis accessibile sanctuarium. De Iuliano constat, quod anno. xxxij. ætatis mortuus est, & imperauit anno dumtaxat uno, mensib. vij. Satellitum suorū pœnas, Iuliani, Felicis, & Helpidij. Cassiodorus, ubi supra prosequitur. Beneuentus. Cassiodo.

¶ Heliodorus cum templum Hierosolymis opulentissiumm spoliare uellet, miraculo multis plagis & flagris afficitur, orante pro eo Omnia sacerdote, restituitur. 2. Mac. 3.

¶ Antiochus ascendit in Hierusalem, cum multitu

dine graui, & intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & uniuersa uasa eius, mensam propositionis & libatoria, phialas, mortariola aurea, uelum coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat, & comminuit omnia, & accepit aurum & uasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublatis omnibus abijt in terram suam & fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna, et factus est planctus magnus in Israel & in omni loco eorum, & ingemuerunt principes & seniores, & iuuenes & uirgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in throno maritali lugebant, & commota est terra super habitantes in ea, & uniuersa domus Iacob induit confusionem.

De exitu suo scribitur.

2. Mac. 9. ¶ Contigit illum euntem de curru cadere. & graui corporis collisione membra uexari, ita ut uermes de corpore eius scaturirent, ac uiuentes in doloribus carnes effluerent, odore etiam illius & fetore exercitus grauaretur, cum nec ipse iam fetorem suum ferre posset infra. In monte miserabili obitu uita functus est.

1. Mac. 9. ¶ Alchimus dissolutus est paralysi, nec ultra potuit loqui uerbum, & mortuus est Alchimus in illo tempore cum tormento magno.

1. Mac. 7. * Nicanor cum triginta quinque milibus occisus est, caput eius cum manu nepharia, quàm extenderat contra domum sanctam omnipotentis dei abscissa, contra

templum suspensa sunt, & lingua eius particulatim diuisa, auibus data est.

¶ Baltazar bibens in uasis templi eadem nocte interfectus est & Darius Medus successit in regnum. Dan. 5.

¶ Thomas Cantuariensis pro iuribus & prędijs ecclesiæ sue occiditur, fratribus missam pro defunctis apparantibus, angeli astant & intonant letanter. Letabitur iustus etc. Cantua.

¶ Caueant igitur principes consiliarios, qui pro utilitate regni et tuitione dominij consulunt (præter extremam necessitatem) ecclesias spoliari.

¶ Sichemitæ dederunt .lxx. pondo argenti de phano Baal Berit Abimelech. qui conduxit sibi ex eo uiros inopes, & uagos, hoc fecit ut principatum obtineret. Iudicū. 9.

¶ Sed mulier iaciens fragmentum mole, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Ibidem.

¶ Achas rex collegit argentum & aurum, quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regis, & misit regi Assiriorum, ut eum saluaret de manu regis Syrie, & regis Israel. 4. Re. 16.

¶ Hoc fecit impius rex, idololatra, non contentus præsidio dei sibi ab Esaia promissa. Esaie. 4.

¶ Boni igitur principis officium fuerit, clerum amare & defendere, priuilegia concessa seruare integra, ab ecclesijs & ecclesiasticis sua bona relinquere. Hereses uero & hæreticos, quàm remotissime à finibus suis cohercere, in quo & sibi, & subditis pacem & tranquillitatem parabit, & uitam cum Christianissimis ueteribus principibus merebitur eternam. Finis.

AVGVSTINVS SVPER Cap. Ioannis.

¶ Omnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram, intente oportet audire, maxime tamen memoriç commendanda sunt, quæ aduersus hæreticos ualent plurimum, quorum insidie infirmiores quosq;. & negligentiores circumuenire non cessant.

FINIS.

Venetijs per Ioan. Antonium & Fratres de Sabio. M. D. XXXIII. Mense Martio.